



Tractatvs De// Beneficiis// Amplissimvs,// Et Doctissimvs

Garcia, Nicolaus

Coloniae Allobrogvm, 1618

Cap. 2. Quid sit Beneficium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98538)

I

PRIMA PARS DE NOMINE, DIFFINITIONE ET DIVISIONE BENEFICII.

CAP. I.

De nomine beneficij & origine.

S V M M A R I A.

BENEFICIUM in genere quid sit nu. 1. 2. & 3.
De varia acceptione verbi beneficij remissive, num. 4.
In iure Pontificio, & materia Canonica, appellatione beneficij intelligitur beneficium Ecclesiasticum, num. 5.
Beneficij nomine per Antonomastiam beneficium Ecclesiasticum intelligitur, num. 6.
Beneficium ab aliquibus, Sacerdotium dicitur, sed nō est relinquendum verbum beneficium vsitatum, n. 7.
Beneficium dicitur etiam prębenda, & quomodo accipitur prębenda n. 8. & 9.
De origine beneficiorum remissive, n. 10.

BENEFICIUM in genere est beneuola actio ꝛ tribuens gaudium capientibus, vt in c. 1. in quibus causis feudum amittatur, ex Seneca, lib. de beneficiis. 1. tradunt Selua de beneficiis. 1. part. 9. 1. & Quintanaduennas Ecclesiasticum, lib. 1. c. 1. Et quāuis ista diffinitio ꝛ impugnetur à Lud. Gometio in rubr. de rescrip. a. n. 2. non oportet in hoc immorari, quia parum refert præferri ad proxim. Seu beneficij est benefactum in aliū collatum ꝛ siue gratia, Corras. in Paraphrasi Sacerdotiorum, seu tract. de benef. par. 1. c. 1. n. 5. Rebus. in praxi. 1. 1. quid sit beneficium, n. 2. & 3.

Et de varia acceptione verbi beneficij ꝛ videntus est Quintanaduennas d. c. 1.
In iure vero Pontificio, & in materia Canonica ꝛ & Ecclesiastica appellatione beneficij intelligitur beneficij Ecclesiasticum, de quo est noster tractatus. Card. in Clem. 2. de iudiciis n. 5. 8. not. Ripa in rubr. de rescrip. n. 25. Probis ad Monachum in c. nullus de temporib. ordinan. in 6. num. 2. Rebus. d. 1. 1. nu. 8. & 9. Franc. Marcus decif. 525. n. 4. par. 1. & Manuel Rodriguez q. regularium tom. 1. q. 34. art. 1. & vt inquit Corra. d. c. 1. in si. beneficij ꝛ nomine per Antonomastiam quandā, vulgo beneficia Ecclesiastica tantum intelliguntur.

Et quāuis aliqui beneficium Ecclesiasticum Sacerdotium dicere malint ꝛ vt Corras. in d. Paraphrasi, & Tiraquel. in tractat. cessante causa 1. par. n. 46. & ita etiam appelletur, vt per Calepinum verb. Sacerdo-

tium, & Vocabularium Ecclesiasticum, tamen verba vsitata receptaq; apud Iurisperitos & Canonum aucthores non sunt mutanda, & licet beneficium Sacerdotale ita dici posset, vt in c. pen. ne pręlati vices suas, non tamen alia beneficia; & Sacerdotium pro presbyteratu, vel officio ipso, seu dignitate Sacerdotis sumitur, Rebus. in d. praxi in proemio, Duar. de sacris Ecclesie ministerijs, lib. 2. ca. 3. P. Pechius in reg. beneficium lib. 6. n. 1. Doctor Sahagum de Villa sanctę præceptor meus in c. si. de sequestratione poss. n. 20. Calep. & Vocabul. Ecclesiast. sup. & Antoni. Dicitur vero beneficium etiā prębenda. ꝛ Nam prębenda non solum ꝛ accipitur pro prębenda Canonicali, nempe Canonici cōnexa, quę dicitur proprie & stricte prębenda, & est spiritualis ratione Canoniciatus capit. dilecto de pręb. & pro prębenda mere temporali, nempe quę datur pro labore, seu officio temporali, vt aduocato, medico, seu magistro, Abb. in c. cum M. de constit. n. 22. & ibi Felin. ex nu. 13. Decius 99. & Ripa 170. Cardin. in Clem. fin. de pręben. sub n. 14. & ibi Imola n. Rom. cons. 328. n. 8. Corras. d. 1. par. c. 2. n. 4. Mar. An. Cuchus in institutionibus, cano. paruis li. 2. t. 6. de pręben. §. 2. & alij, sed etiam large pro omni beneficio, seu iure percipiendi ꝛ prouentus in Ecclesia ratione ꝛ officij, Felin. in c. postulasti de rescrip. n. 4. 3. concl. Ripa. versi. 2. modo, & Cuchus ubi sup. & ita videtur sumi in rubrica, de pręben. & dignit. quę verba ponuntur tanquam genus, & species. Et tradit post hæc visus, Hier. Gonzalez ad reg. de mensib. glof. §. 5. 1.

De origine autem beneficiorum Ecclesiasticorū ꝛ (quia non placet aliorū scripta transcribere) videntur sunt Selua, 1. pa. q. 4. Dua. d. li. 2. ca. 1. Rosiniacus de beneficio seu lib. 3. de re sacerdotali, capite 1. a. nu. 3. Bursatus cons. 126. ex n. 30. & lib. 2. & cons. 352. n. 10. lib. 4. M. Anton. Marfilii Columna de Ecclesiasticis redditibus, c. 3. late, Pet. Gregorius in tract. de benef. c. 2. recte Quintanaduennas d. lib. 2. c. 2. & Lelius Zechus de re publica ecclesiastica, c. de beneficiariis n. 1. & in tract. de benef. & pension. Ecclesi. c. 1.

CAP. II.

Quid sit beneficium.

S V M M A R I A.

Beneficij Ecclesiastici varias diffinitiones, quo tradunt, num. 1.
Beneficium est ius percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis clerico propter diuinum officium competens, numer. 2.

CLAUDE
de
Benef.

G VII
15

Ista diffinitio recte explicat naturam beneficii, numer. 3.

Loco verbi clerico melius esset ponere persona ecclesiastica, & addere vel obsequium, ut diffinitio recte comprehendat perceptorias, numer. 4.

Beneficium est ius spirituale, numer. 5, non principaliter, sed annexum, numer. 6. & 7.

Simonia in beneficiis solum est de iure positio secundum canonistas, numer. 8. & 9.

Contrarium tenent theologi, numer. 16. & aliqui distinguunt, numer. 11.

Sententia canonistarum indistincte est verior numer. 12. iuxta quam facile excusantur aliqua vitia simoniae, numer. 13.

Pecunia non datur pro executione ordinis, aut clauum, sed pro iure percipiendi fructus, numer. 14.

Contraria sententia posset praedecere in Episcopatibus, & aliis praelatis, numer. 15.

Respondetur cap. ex multis 1. q. 3. numer. 16. 17. & 18. & quod sensus moralis in scriptura, non probat aliquid esse de iure diuino d. numer. 17.

Respondetur cap. ex diligenti de simonia, numer. 19.

Concordia Vgolini inter opiniones canonistarum, & theologorum numer. 20. quam tenet etiam Nauar. numer. 22.

Auditoratus, & clericatus camerae, quomodo vendantur, numer. 21.

Concordia Vgolini parum distat ab opinione canonistarum, numer. 23.

Et si in beneficio principale esset potestas spiritualis, non esset simonia de iure diuino aliquid dare habito respectu ad fructus, numer. 24. exemplo auditoratus, & clericatus camerae & aliorum officiorum seu dignitatum huiusmodi, numer. 25.

Sententia Durandi quod nulla est simonia de iure positio communiter reprobat, numer. 26.

Licet Valentia dicat eam non esse proprie simonia, admittit tamen esse contra religionem, numer. 27.

Beneficium non potest a laico sine privilegio apostolico teneri, numer. 28.

Cum ex privilegio apostolico beneficium laico conceditur sit quid seculare, & laicum, numer. 29.

Capellania erecta in titulum beneficii, potest ex ordinatione fundatoris dari puero ante 1. consuetudinem titulo seculari, numer. 30. fundator expresse ita disponat, numer. 31.

Beneficium non potest a laico conferri, numer. 32. nisi ex privilegio Apostolico, numer. 33.

Cum laicus ex privilegio confert beneficium, non requiritur institutio, aut confirmatio Episcopi, aut alterius clerici, numer. 34.

Neque ex conditione in limine fundationis apposta potest laico ius conferendi competere, numer. 35.

Nec sufficit ad hoc immemorialis numer. 36. resolutio Rota, numer. 37.

Sola immemorialis etiam cum allegatione privilegii non suffragatur cum adest incapacitas, nisi fama privilegii concurrat, numer. 38. resolutiones Rota circa hoc numer. 39. usque ad. 47. iuxta quas sunt accipienda, quae de decimis a laicis possessis tradunt aliqui Doctores, numer. 48.

Index laicus de causa beneficii non potest cognoscere, numer. 49. non solum in petitorio, sed etiam in possessorio, numer. 50. & contraria sententia improbat per doctores re-
lucos, numer. 51. & 57.

Causa possessoria beneficii & aliorum spiritualium, seu quasi dicitur Ecclesiastica, numer. 51.

Possessio beneficii est, quid spirituale seu connexa spirituali, & ideo ea carent non licet redimere vexationem, numer. 53. resolutio Rota, numer. 54.

Est quod causa possessoria beneficii non esset spiritualis, non posset de eo inter clericos laicos cognoscere, numer. 55.

Resolutio Rota, numer. 56. respondetur c. si. de iudiciis, numer. 58.

Si clericus ageret contra laicum qui eum turbat seu vexat sine no infertur in possessione beneficii ne eum vexet, index laicus esset competens, numer. 59.

Beneficium datur propter officium, quod in laudibus diuinis consistit, numer. 60. quomodo cognoscatur beneficium, numer. 61. resolutio Rota, numer. 62.

Alia resolutio Rota, numer. 63. & alia, numer. 64.

Beneficij Ecclesiastici varias diffinitiones tradunt
† Selua de benef. 1. p. q. 1. Duar. lib. 2. c. 4. Jo. Nico. 1. Gimon. enchir. benef. 1. 1. c. 1. n. 7. Quintanaduennas li. 1. Eccles. c. 3. Pechius in reg. beneficium, n. 2. Medices de diffinit. 2. p. c. 16. Nauar. de redditib. Eccles. 1. q. morio 55. n. 4. Hojeda de incompatib. benef. in prae. nu. 2. D. Sahagum in c. si. de sequestrat. poss. n. 20. Barthol. Vgolinus de c. suris tab. 4. de suspens. c. 8. in prim. nu. 1. & Zech. de benef. & pensio. Eccl. c. 1. n. 8. & post haec scripta visus Hieronym. Gonzalez ad reg. de mensib. glof. 5. in prim. a. n. 2.

Sed mihi placet diffinitio Corraji, 1. part. c. 2. nu. 1. quam etiam tradit † Pechius s. & Cardin. Toletus in 2. summa. lib. 5. c. 76. ubi eam declarat, nempe quod beneficium est ius percipiendi fructus, ex bonis Deo dicatis, clerico propter diuinum officium competens. Quae † diffinitio recte explicat naturam & substantiam beneficii & videtur conuerti cum suo diffinitio iuxta li. 1. §. solum. ff. de dolo, & parum differt ea quam tradit Quintanaduennas ubi sup.

Aduerto tamen quod loco verbi, clerico, † melius esset ponere, persona Ecclesiastica, ut ponit Nauar. s. & ibi, propter diuinum officium, addere, vel obsequium, ut ista diffinitio recte etiam comprehendat perceptorias, seu commendas militum ordinum militarium quae sunt beneficia, ut dicitur infra c. 4.

Dicitur autem beneficium esse ius, † & quidē spirituale, ut ait Corraji d. c. 2. n. 2. cum gl. in sum. 1. q. 3. Panor. & Fel. in c. consilium de simonia, & est ex. in cap. dilecto. 25. de praeb. Sed intelligi debet non quod sit ius spirituale principaliter, † & in se, sed potius temporale cum sit ius percipiendi fructus, qui sunt temporales, sed dicitur spirituale quia est spirituali connexum dependenter siue consequenter, quoniam praesupponit clericatum, ut inquit D. Tho. 2. 2. q. 100. art. 4. & ibi eius expostores Abb. in d. c. consilium n. 3. Nauar. in Manu. c. 23. n. 108. Soto de iustitia & iure li. 9. q. 1. artic. 1. Barbo. Vgolini de simonia tab. 1. de simonia gene. e. capit. 34.

Dicitur etiam ius spirituale aut spirituali annexū, quia beneficium datur propter officium, c. fin. de rescript. in sexto: Redoanus de simonia 1. par. c. 4. nu. 12. & cap. 29. num. 1.

Vnde infertur simoniam in beneficiis solū esse de iure positio, & simoniam, quia prohibitam à iure, nempe positio, & humano † prohibente venditionem illorum propter connexitatem, ordinem, & respectum, quem dicunt ad spirituale, & sic constitutentalem actum in specie simoniae: Quam sententiam tenet glof. in c. ex parte in verbo dimittere de officio de. 9. leg. & in c. cum pridem, verbo illicite de pactis, & sequuntur Butrius, & Decius, n. 23. in d. c. ex parte, Cardin. in c. 1. de simonia, Felin. in c. ad audientiam 2. nu. 3. de rescript. Caccialup. de pensio. q. 19. n. 5. Julius Clarus, lib. 5. recep. sententiarum §. simonia, nu. 5. Ioan. Castrata in tracta. de simonia nu. 58. & sequentib. Flam. Paris. de resignatione beneficii, lib. 14. q. 3. n. 10. & Lud. Carbo, de restitutione q. 60. d. c. p. 4. col. 1. & Canonistae communiter, ut ex citatis apparet.

Quamuis contrarium † tenent Theologi quos 10 sequitur Caier. tom. 2. tract. 9. de simonia 4. q. 1. & in sum. verio

verbo *simonia*, Victoria in relectione de *simonia* num.
44. Soto d. lib. 9. q. 5. art. 2. & 7. art. 1. Arragon. 2. 2.
q. 100. art. 4. Valentia 3. tom. super secunda de secunda. dis-
puta. 6. q. 16. pin. 2. Cosmas Philarcus, de officio sacer-
dotis. 2. par. lib. 6. cap. 2. tertia conclusio. Lud. Lopez
infruct. consilia 3. tom. c. 293. & 302. Manuel Rodri-
guez in summa. 2. tom. c. 56. n. 3. & 5. & c. 59. num. 11.
Vega in sum. 2. par. cap. 101. casu 90. & 52. Pet. Ledes.
in summa. 2. par. tracta. 12. conclus. 19. 29. & 20. &
ex Canonistis Nauarr. d. capite 23. n. 108. D. Couarru.
in reg. peccatu 2. par. §. 8. versiculo, & licet quibusdam.
& Thom. Campegius in tractat. an Papa labem *simoniae*
incurrere possit per rotum, in beneficium habentib. ad-
ministrationem ordinis, vel executionem clauui gli-
cet non in alii sequitur, Abb in repor. extirpanda
§. qui vero de preben. a n. 53. & in c. 1. de simo a n. 6. & i-
bi Bellenzin. in addicione. Rebu. in rep. d. §. qui vero ad
fin. Caslad. dec. 2. de *simonia*, Redoã, de *simonia* par. i. c.
34. n. 13. Jacob. de Grassis in decis. aureis casuum con-
scientia. lib. 2. cap. 96. num. 14.

Sed reuera opinio Canonistarum indistincte tenentium simoniam in beneficiis esse de iure positum, ut dixi verior est, nam ut ex supradictis apparet beneficium non est principaliter, & in se spirituale, quicquid Caiet. Soto & alij citati dicant, vnde secluso iure positum est in inibente possent absq; vitio simonie videri, iuxta tradita per Caiet. d. verbo simonia 3. reg.

Et iuxta hanc sententiam facile excusantur à vitio
 13 simonia aliqua quæ & alias difficillime excusantur
 per Theologos, *ut per Bar. Medinam in sum. lib. 1. c.*
14. §. 22. S. Arragon. ubi supra versi. sed est dubiū cōse-
quens de pensionibus. Vegam in sum. 2. par. c. 65. casu 4.
& Pet. Ledesin. d. irat. 12. circa 24. conclusionem.

Nec obstat quod in collatione beneficij datur ali-
 14 quando executio ordinis, aut clauium, vt in benefi-
 cijs curatis, quia pecunia non datur pro hac execu-
 tione, quæ est spiritualis, sed pro iure percipiendi
 fructus, quod est beneficium. *Anania in d. cap. i. de se-*
monia, §. 8. cum eo Decius in d. c. ex parte n. 27. Io.
Carrafa §. nu. 6 o. & beneficium non est ius illud ad-
 ministrandi sacramenta & diuina faciendi, sed est per-
 cipiendi fructus ex bonis Deo dicatis cui est anne-
 xū ius illud administrandi sacramenta, quia benefi-
 cium, vt dictum est, datur propter officium.

15 Et contraria sententia ꝑ̄ posset procedere in Episcopatibus, & aliis Prælatiis & officiis in quibus principale videtur prælatia, & iurisdic̄tio potestasque spiritualis.

16 Nec oblat tex. in cap. ex. multis. 1. g. 3. † quatenus
 dicit, quod per nummularios, quos dominus eiecit
 de templo Matthæi 21 Ecclesiastici beneficij vendi-
 tores defignantur, vnde videtur simoniam in benefi-
 17 ciis esse de iure diuino, quia † respondetur quod in-
 telligitur in sensu morali non in literali, qui sensus
 moralis non facit argumentum efficax ad proban-
 dum aliquod esse de iure diuino. D. T. hom. 1. par. quæst.
 1. art. 10. & ibi moderni eius expofitores, idem D. T. hom.
 quod lib. 7. ar. 14. ad quartam, Rutilius Benzonius Epi-
 scopus Lauretani in speculo Episcoporum, seu de fuga,
 lib. 1. 7. 2. dub. 5. & Salmeron proloqum. 19.

Ex quo etiam potest responderi illi textui, † quatenus postea dicit simoniam in beneficiis esse contra ius diuinum, potest enim intelligi iuxta dicta quod fit contra ius diuinum in sensu morali tamen.

19 Rurfus non obstat tex. in t. ca. ex diligenti de fi-
monia, ibi *praefertim cum hac taliter praefata diuini &
humani legibus contrariare noſcantur*. Ex quibus vide-
tur ſimoniam in beneficiis eſſe contra ius diuinum,

quia respondetur cum glos. ibi verbo diuinis, quod i-
bi leges canonice & ecclesiastice dicuntur diuina
ad differentiam legum ciuiliu, vt in c. i. de iuram.
calumniæ, ibi, *nos itaque diuine & humane legis*, & fa-
cit c. fi. 3. q. 5. ibi, *diuina id est Ecclesiastica*. Nam & ius
Canonicum lato quodam dicendi modo diuinum ius
dicti solet, Conarr. c. 31. sub n. 2. optime Causas de locis
Theol. li. 5. cap. 5. ad tertium argumentum.

Post hæc scripta vidi Barth Vgolinum in *d. tract. de simonia*, qui tabula I. de *simonia* gen. c. 2. §. 5. sic concordat opiniones Canonistarum & Theologorum, quod aut Romanus Pontifex beneficium vendens habet in animo vendere ius illud sacramenta administrandi, & diuina faciendi, & sic exercendi clericale munus in eo beneficio tamen nullo modo existimandum est: & in hoc casu ait veram esse opinionem Theologorum, aut in animo habet vendere tantum ius percipiendi fructus temporales & temporalia ipsa beneficii non autem ius illud clericalis muneris exercendi, & in hoc casu ait veram esse opinionem Canonistarum, sicut calices consecrati corporalia, & alia huiusmodi vendi possunt, habito respectu ad materiam ipsarum non autem ad consecrationem, vt Doctores communiter tenent, & vsus obseruat. Concludit ergo quod tituli beneficiorum respectu habito ad ius administrandi ordines iurisdictionemque Ecclesiasticam exercendi à Romano Pontifice vendi non possunt, sed solum habito respectu ad bona temporalia ipsorum.

Hinc autē quod Auditoratus, & clericatus camerae, & alia officia, seu dignitates huiusmodi licet respectu habito ad potestatem iurisdictionemque Ecclesiasticam, quam habent vendi non possint à Papa sine simonia, si tamen vendantur habito respectu ad emolumenta & fructus, quæ ex ipsis consequuntur, simonia non committitur, in quâ partem huiusmodi alienationes à Papa fieri accipiendum est. Et ita apparet ex literis auditoratus camerae Gregorij XIII. ad fauorem D. Camilli Burgosij nunc Sanctissimi D. N. Pauli Quinti, quas ponit Salustius Tiberius in præf. auditoris Camerae, lib. 4. ad fin. ibi. *Et quis dictus Horatius in eiusdem Sixti prædecessoris, & dictæ sedis substitutionem pro pretio emolumentorum dicti officij auditoratus 60. milia scuta monere solvere promiserat, ac realiter, & cum effectu solvere inceperat.* Et idem quod Vgolinus, reperit tenere Nauar. d. cap. 23. 2. 2. num. 108. vers. 9. quod in nouissimis editionibus, à quo id fumpit Vgolinus. Licet sibi videatur attribueri dictam concordiam.

Sed hæc concordia sententia Vgolini, ac Nauarri
 parum distat ab opinione communi Canonistarum 23
 qui non negant vendere beneficium habito respectu
 ad ius illud diuina faciendi, esse simoniam ex natura
 sua, & iure diuino, sicut dare pretium pro calice, ha-
 bita ratione consecrationis, *Solo lib. 9. quest. 5. art. 2.*
assertione 2. Sed dicunt absolute nõ esse simoniam de
 iure diuino vendere beneficium, quia principaliter
 et in se, vt est dictum, est quid temporale, sicut abso-
 lute loquendo dicitur non esse simoniam vendere
 calicem consecratum, quia principale in eo est mate-
 ria, & sic cum absolute venditur intelligitur vendi
 temporale, *Caiet. d. verbo simonia*; habetur autem ex
 sententia Vgolini,† quod est in beneficio principa- 24
 le esset ius diuina faciendi, seu potestas spiritualis, vt
 in Episcopatibus, & aliis prælatis, & officiis diximus
 non esset, simonia de iure diuino aliquid dare, seu
 accipere habito respectu ad temporalia & sic
 pro fructibus beneficij, seu iure percipiendi illos.

siue pro pretio illorum, nec Papa in hoc committeret simoniam: quod recte comprobatur exemplo auditoratus & clericatus cameræ, & aliorum officiorum, seu dignitatum huiusmodi curiæ Romanæ, in quibus principale est potestas iurisdictionis Ecclesiastica, & spiritualis cum sint officia. & tamen venduntur à Papa habito respectu ad emolumenta illorum.

Nec supradictis obstat sententia Durandi in 4. d. 25. q. 5. n. 9. qui nullam admittit simoniam de iure positiuo, quem sequitur Arrag. d. 9. 100. artic. 1. circa secundam conclusionem D. Thome, dicens nullam esse vere, & proprie simoniam prohibitam tantum iure positiuo, sed omnes esse contra ius naturale, & diuinum, quicquid in hac re dicant Canonistæ, nam ista sententia communiter reprobat, ut per Nauarr. d. c. 23. num. 100. vers. 2. quod. Et Victoriam in d. relectione de simonia num. 12. & 16. & recte eum impugnât Soto d. art. 2.

Et quantum Valentia d. 9. 16. pun. 5. dicat eam non esse proprie simoniam sed impropiam, & per quamdam analogiam, admittit tamen esse contra religionem, & non solum contra obedientiam, ut dicebat Durandus.

Secundo ex eo quod beneficium est ius spirituale inferitur, non posse à laico, utpote spiritualium incapace, c. causam que de prescrip. sine priuilegio Apostolico teneri, Felin. in c. cum adeo à n. 2. de rescrip. Staphil. de literis gratia, nona forma expectatiuarum n. 24. Ripa in c. 2. de iudiciis, num. 129. & 134. Probis ad Monachum in c. nullus de tempor. ordin. in sexto, ex n. 11. Selua de benef. 1. par. q. 7. n. 8. & 9. & 3. par. q. 6. Rebus in praxi, tit. de clericis, & à quibus & quomodo creantur n. 4. Corras. 1. par. c. 2. n. 4. & 3. par. c. 1. nu. 1. Rosini. c. 1. n. 39. & Pet. Gregor. de benef. ca. 36. Lambert. de iure patron. 1. par. 2. lib. 9. art. 7. & 29. ad fin. Gigas de pensio. q. 21. n. 4. Aymon Crauetia, conf. 93. n. 1. & 104. n. 4. & 134. n. 40. Capra reg. 97. nu. 39. Mandos de signatura gratia, tit. de prouiso. ex versis, indubitari iuris est, & in reg. 24. Cancel. q. 4. n. 3. & 12. Franc. Marcus de cis. 133. par. 1. Flam. Paris de resignatione benef. l. 4. ca. 2. n. 1. & 32. & nouissime post hac Gonzalez ad reg. de mensib. gloss. 2. à num. 60. & glo. 5. num. 9. & alij. Et id eo in diffinitione dicitur, clerico, seu persona Ecclesiastica competens.

Et cum ex priuilegio Apostolico beneficium laico conceditur, beneficium ipsum efficitur, quid secularare, & laicum, seu, ut ita dicam, secularizatur, ita ut sit ius quoddam secularare in mera temporalitate percipiendi fructus consistens, & consequenter in eo interuenire non posset simonia. Io. Garcia de expensis & meliorat. c. 9. à num. 93. Lasarte de decima venditionis c. 19. n. 31. & Barbosa in l. Titia, n. 41. ff. solut. matr.

Et quamuis solus Papa possit beneficia laica efficere, & laicis dare, tamen capellania erctea in titulum beneficii, ex bonis alicuius, auctoritate Episcopi, potest ex ordinatione fundatoris dari puero ante primam tonsuram, titulo seculari, donec fiat clericus, qui tempore tenebitur ordinari, & fieri clericus, & cum capax sit, & habilis has recitare, non. n. repugnat ita fundari capellaniam cum auctoritate superioris, non ut ante primam tonsuram teneat eam quis in titulum beneficii, quod fieri non potest, sed ut pro eo tempore sit beneficium, donec fiat clericus, & ex tunc tenebit eam ut beneficium, & in titulum beneficii accedente tamen collatione ordinarij, nisi forte in principio, quo eam obtinuit, interuenierit ipsius auctoritas. Videtur tamen requiri t quod fundator talis capellaniæ collatiuæ expresse ita disponat, quod

possit dari puero ante primam tonsuram titulo seculari, si enim simpliciter, quod talis capellania possit dari puero ante primam tonsuram, intelligeretur de capellania ut sic & ideo non valeret talis dispositio.

Tertio inferitur beneficium non posse à laico conferri, c. Massana. c. sacrosancta de electione, c. si quis deinceps, c. nullus laicorum c. per laicos, c. laicos, c. laici, 16. q. 7. Abb. in cap. dil. 3. de preben. n. 6. & Corras. d. 1. par. c. 2. n. 4. & 12. Rota decis. 318. & 343. par. 2. diuer. & in Aquinaten. Monasterij de qua infra n. 37. cum alijs infra allegatis.

Ex priuilegio tamen Apostolico laicus etiam femina potest beneficia conferre c. Adrianus. c. in si. 33. nodo 63. distin. Abb. & Corras. ibi Felin. in c. dilecto n. 1. de testib. & in c. 2. n. 3. de maiestate & obedientia, Staphil. de literis gratia, vltima forma mandati de prouiden. n. 5. Selua de benef. 2. par. q. 5. n. 1. & q. 23. n. 16. Ripa in d. c. 2. de iud. c. n. 134. Probis ad Monachum in c. nullus de tempor. ordin. in 6. ex n. 3. & in c. 2. de preben. ex nu. 6. Ausrer. de potestate seculari super Ecclesias reg. 2. nu. 25. Palacios Rub. in rep. cap. per vestras de donatio, inter virum in introductione n. 28. Lamb. de iure patr. 3. par. 2. lib. 9. art. 11. Gigas de pensio. q. 21. n. Ioan. Garcia de nobilit. gl. 9. n. 25. Zechus de benef. & pensio. c. 5. n. 2. & Rota in d. Aquinaten. Monasterij, & Gonzalez, glo. 22. n. 13. & glo. 23. n. 18. & 19. & glo. 24. n. 154.

Et cum laicus ex priuilegio Papæ potest conferre beneficia, per talem collationem t acquiritur beneficium, nec requiritur institutio aut confirmatio Episcopi, aut alterius Clerici, ut clare sentiunt ceteri, id enim operatur priuilegium: nec alias esset priuilegium conferendi: quamuis contra teneat Io. Nicol. Gimon in Enchir. benef. tit. 2. c. 3. n. 18. & 19. ex d. c. in sinodo, quod id non probat, & ante eum Staphileus de literis gratia, tit. de vi, & effectui clausularum. s. executor quomodo beneficio vocanti providere possit ad fin. cū Innoc. & Doct. in c. quod sicut de electione, & in c. postulasti de iure patro.

Sed cum laici clausulo priuilegio Apostolico sint incapaces istius iuris conferendi t adeo, ut neque ex conditione in limine foundationis apposita de consensu ordinarij possit competere, Lamber. 1. p. d. q. 9. ar. 1. n. 70. 96. & 105. & facit quod dicitur infra nu. 97. non sufficere ad hoc immemorialis. Ab. Fel. Selua, Ripa, num. 135. Probis & Palacios Rub. n. 27. & 28. ubi proxime Cosmas in prag. sanct. tit. de causis, verbo priuilegio, Rochus in c. si de consuetudine sectio. 5. n. 44. Lamber. d. q. 1. art. 12. & Eman. Suarez in thesauro receptarum sementiarum, verbo beneficio conferendorum ius. Rota in d. Aquinaten. Monasterij, 16. Ianuar. 1601. Cora illustriissimo D. Scraphino, in qua fuit resolutum. Nullum ius competere t Ioani ex collatione ei facta per proregem, quia laici iuris conferendi sunt incapaces, eisque ius resistit, ut in d. iuribus, & iam fuit in hac causa resolutum, & tale ius neque prescripione, neque consuetudine queritur, sed requiritur priuilegium Papæ. Abb. & Feli. sup. Alex. conf. 4. n. 17. & 19. lib. 4. Et fuit resolutum in Toletana iuris nominati. 27. April. 1584. Coram D. Blancheto, nec hic posse intrare dispositione c. consultationibus de iure patr. quia non concurrunt requisita, nempe titulus saltem coloratus, presentatio, coram ordinario, & bona fides, ut per gloss. ibi Butr. num. 8. & tex. ille loquitur in terminis iuris patronatus, cuius laici non sunt incapaces, nos autem sumus in collatione facta à laico nomine Regis, quæ habet manifestam iuris resistentiam.

Nec potest dici ex immemoriali presumptions priuilegium, ut in terminis dicit t Io. Garcia, d. gl. 9. n. 26. & 27. quia quicquid ipse dicat, & Ripa ubi sup. sola im-

mémorialis etiam cum allegatione priuilegij nō suffragatur cū adest incapacitas, nisi fama priuilegij cōcurrat. Felin. in d. c. causam que de prescrip. a. n. 2. & in c. cum coningat de foro compet. n. 4. & 5. Probos & Aufer. ubi s. Balbus de prescrip. l. par. 5. p. principalis. q. 7. a. n. 16. Gul. Bene in reper. c. Rainutus de testam. verb. & uxorem. decis. 2. n. 78. Am. Gabriel. concl. 1. de prescrip. a. n. 16. Menoch. de presump. lib. 6. presumptione 86. D. Sahagum. in c. 2. de iudic. n. 167. Azor in institutionibus moralibus lib. 5. c. 12. q. 1. vers. sed obicitur. Crescen. decis. 1. n. 2. de decimis. Putens decis. 365. lib. 1. & facit decis. eiusdem 466. lib. 2. & Guidobonus decis. 63. & in manuscriptis in vna Hispanen. decimarū de Tubuena, in qua cum de anno 1551. dom. tenuissent. Quod laici ante concilium Lateran. erant deimarum incapaces, nisi in feudum, vel in concessionem ab Ecclesia habuissent, cum laici decimas detinere non possint, imo nec prescribere, c. causam de prescrip. Rebus. de decimis, q. 10. vt in decis. eiusdem 62. postea 1. Iunij fuit tentū quod si testes examinati pro parte Ducis Medine, super articulis continentib. tempus immemoriale, etiā ante concilium Later. & priuilegio Apostolico de perceptione decimarum dicunt hoc audiuisset a maioribus, & de publica voce, & fama probant intentionem Ducis, vt in dict. decis. 63.

Et tenuit Rota in causa legionen. Decimarū corā 40 Illust. Card. Ioan. & Aldobrandino Frat. D. Clemētis. 8. die 3. Iulij & 23. Oct. 1564. & in causa Toletana iuris decimandi 27. Apr. 1584. coram Illust. Blancheto contra Ducem de Beiar, quæ habetur 2. p. diuersorum decis. 215. & refertur a Barbosa in l. Tertia n. 45. ff. soluto matr. & causa Toletana iuris nominandi contra eundem Ducem de Beiar. 8. Feb. 1588. coram D. Orano. in qua dixerunt Domini, Receptionem esse in sacro Rota 41 auditorio solam & immemorabilem possessionem non suffragari laico ad nominandum capellanos in parochialibus amouibiles, nisi concurrat fama priuilegij, non secus ac in possidente decimas, cui præter immemorabilem, aut famam priuilegij, vel recognitionis feudalis, vel equipollentis probatio incumbit Balbus d. q. 7. Gabriel d. concl. 1. & sic dubitū est qualis debeat probari fama, simplex ne, vel potius diuturna saltem spatio 40. Annorū. & Dominorum vnanimis fuit sententia, diuturnam requiri non quoad agerariam, nam probata diuturnitate fama oritur prescriptio priuilegij. Fel. c. causā. n. 3. de prescrip. quod quidem consuetudinem immemorabilem supplet incapacitatem laici, nam hac fama priuilegij nō requirit quod sit inclusa probationi immemorialis, sed sufficit quod atcedat per aliquod tempus diuturnum, cuius quidem quantitas secundum subiectam materiam arbitrio iudicis relinquatur Meno. de arbit. casu 3. In unione vero vel in præcedente iuri, quia possidet decimas vti vassallus in probanda immemorabili debet probari, quod beneficiū semper est tanquam vnicum possessum 10. And. reg. qui cōtraria n. 2. in 6. & 2. casu quod decimas ille semper possedit vti vassallus, & quod Ecclesia semper fuit in possessione vnicorum, quia possessio est qualificata Gemin. c. 2. §. sane n. 6. de decimis in 6. secus in probatione fame priuilegij, quæ est quid separatum à possessione nec versatur in qualitate possessionis.

Et in eadē causa coram eod. D. Orano 2. Maij 1588. 42 fuit resolutū & Ad probationem istius fame priuilegij nominandi, cū ius cōmune laico resistat, requiri quod testes sint, de quib. nulla sit verisimilis dubitatio quod decesser. Aym. conf. 56. & 75. unde si sum. vassalli, & persone viles, repellendi sunt Rom. conf. 381. Aym. 249. Affl. Dec. 304. maxime si sint rustici & alij testes examinati, dicitur fama ignorare decimas, nam si fama publica fuisset,

utique ad aliorū noticiā peruenisset Aym. conf. 57. n. 10. Fel. in c. 3. n. 9. de testib. quod etiā fuit consideratum in ead. causa 8. Iun. eiusd. anni, ubi fuit dictū non tolli istud fundamentū de immensitudine fame, postquā ex 40. testibus in hac & alia causa decimandi examinatis, vixit nihil omnino sciri de ea, ex eo quod fama possit esse in vno loco, & non in alio, nam fuit consideratū, quod cū omnes isti testes essent incolæ eorundem locorum subditorū Ducis, in quib. talis fama fuisse dicebatur, oportebat omnes, vel maiorem partem eandē ipsius noticiā habuisse.

Tenuit etiā Rota in vna & Calagurritana oblationū 21. Octob. 1588. in qua fuit resolutū quod, & laicus possit percipere oblationes, debet probari immemorialis, & fama priuilegij, cū ius commune reddat laicos earū incapaces, quia solis clericis debentur. Hostien. in sum. de parrochiis n. 3. Maluetius in tract. oblationū 3. & 4. dub. quod non valet consuetudo in contrariū, etiā (quod magis est) quo ad oblationes, quæ sunt imaginificæ in domo priuata, Socinus in tract. oblationum n. 18. Malue. §. 4. dub. ac etiā resistit concilium sess. 25. c. 9. de refor. quod priuilegium cū sit valde inuersimile, requiritur exactior probatio, Abb. & alij in c. quia verisimile de presump. Fel. c. 3. loco n. 5. de probatio. & in c. cum ex officio num. 13. de prescrip.

Tenuit etiam Rota in vna Burgen. & decimarū de Escalante 5. Iun. 1591. coram D. Orano contra Dominum de Escalante, in qua fuit resolutum: Immemorialē cum fama priuilegij, aut cū recognitione ab Ecclesia requiri, vnde decimas laici percipiunt si non apparet de priuilegio, quæ immemorialis in proposito nō probatur, quia testes non deponunt de visu ante licem motā per 40. annos. Nec instrumentorū enuntiatia profunt, quæ immemorialis non probatur per instrumenta Balbus de prescrip. 2. part. 3. part. principalis q. 6. nec cōcludūt famā priuilegij ante motam licem, prout requiritur, nec ipsam cōcludunt respectu priuilegij dominus de Guerrara cōcessit, sed Regibus, & ut illis pro sit necesse est quod allegent nouum priuilegium super noua concessione facta a Regibus, cū decima de laico in laicum absque priuilegio transferri non possint, c. prohibemus de decimis cum aliis nec hic cum fama priuilegij sufficere possessionē 200. annorum, licet habeat tantam vim aut maiorem quam immemorialis, nā quicquid sit in aliis materiis, tamē in hac materia non suffragatur, quia statē immemorialis cū fama priuilegij, potest dici illud fuisse ante Conciliū Later. Gabr. de prescrip. concl. 1. n. 18. quod non potest fieri in possessione 200. annorum, ex quo constat de illius initio post Conciliū Lateran. quod non sufficit absque derogatione Put. Decis. 222. lib. 1.

Idem tenuit Rota in d. Hispanen. & decimarum de Tubuena. 20. Iun. 1594. coram Illust. D. Mantica vt in Decis. seq. Fuit per dominos resolutum, & eis placuit ferendam esse sententiam declaratoriam contra Ducem de Medina Sidonia, ob non partitionē trium conformium sententiarum, quæ contra ipsum in Rota lata fuerunt, nā coram R. D. Orano die 8. Nouē. & rursus die 15. Decem. 1593. fuit resolutū Comitē de Niebla filium primogenitū ipsius Ducis non posse impedire eorum executionem, quia donec pater supersit, quo ad hoc nihil eius dicitur interesse, nec etiā eo vinente probabilem habet spem succedendi in eius bonis l. i. §. si impuberi. ff. de collat. bonorū & l. post emancipationem. §. 1. & ibi Bart. de liberta. legat. idem Bart. in l. sciendum in prin. n. 12. ff. qui factis dare cogantur cum aliis in Decis. allegatis. Quoniam vero dictum fuerat pro parte Ducis causam nō fuisse defensam, & constare de eius bono iure, placuit dominis, & viderentur iura quæ informantes deducerēt, & ob id dedit hac dubiū, an sit danda declaratoria contra Ducē

Calancia
de
Beng.

G. M.
15

in casu de quo agitur: quo quidem proposito conclusum fuit ex iuribus deductis, non constare de bono iure ipsius Ducis, & consequenter procedendum esse ad declaratoriam pro ulteriori executione, neque enim ex testib. exhibitis probatur immemorialis prescriptio, qua simul cum fama privilegii est necessaria, ut laici possint decimas obtinere contra Ecclesiam, ut fuit resolutum in legione. Decimarum de Villarvel coram bona memoria Card. Aldebrand. die 3. Iulij & 23. Octob. 1564. & in Toletana iuris decimandi coram R. P. D. meo Blancheto 27. Apr. 1584. neque dubium est quin testes in probanda immemoriali debeant deponere de visu per annos 40. ante mortem, & de auditu à maiorib. & neque ipsos neque eorum maiores contrarium vidisse, vel audivisse, & hanc esse, & fuisse publicam vocem, & famam, gl. communiter recepta, & à Rota sapientissime comprobata in c. i. verbo memoria de prescrip. li. 6. quam plurib. etiam adductis Doctorum autoritatib. sequitur Couar. in cap. possessor, par. 2. §. 3. n. 7. verum plane ex testib. exhibitis nullus est qui non deficiat in aliquo ex dictis quatuor requisitis, & ideo nullus hanc immemorialem concludenter probat, nec diversi testes ad probandum hac requisita possunt simul coniungi, quia singuli cum illis debet explicite deponere, alias eorum depositio non concludit, ut gl. & Doctores aperte sentiunt, & probatio non concludens reiiicitur, c. in presentia de probation. leg. nō hoc C. unde legitimi: neque enim agitur de probandis illis requisitis sed de probanda immemoriali, quam nisi singuli testes concludunt, probatio est imperfecta, neque etiam privilegia deducta pro ipso Duce possunt impedire executionem, quia nullum est privilegium, quod specialiter ei concesserit hanc facultatem percipiendi decimas Ecclesie, de quib. agitur, neque privilegia, quae quibusdam specialiter concessa sunt, generaliter observari debent. l. 3. in fi. C. de legib. l. ius singulare. ff. cod. neque etiam Rota unquam voluit super huiusmodi privilegiis aliquid statuere, quia eorum tenor ita servari debet, ut eū transgredi non liceat. c. porro de privileg. quare cum res iudicata paratam habeat executionē. l. minor. 25. annis, de minor. & l. 2. de excep. Rei iudicata, & in casu proposito lata sint tres sententiae Rotaes, & quidem conformes, & fudata ex dispositione iuris communis, & ex Decis. in hac causa facta coram D. Seraphino 6. Iun. 1580. in qua fuit conclusum non probari immemoriale, neque famam privilegii, nulla est ratio, qua debeat impedire executionem, clement. ut calumniis de re iudic. Rota decis. 2. de restit. in integrum in novis. Quod multo magis in casu proposito est recipiendum, quia Rota in hac causa ex commissionib. post sententias latas presentatis, habet iurisdictionē limitatam: nam in commissione Ducis, qua continet restitutionem in integrum, adiecta est clausula, parito iudicato, qua quidem intelligitur, ut orator, non solum dimittat possessionem, sed etiam fructus perceptos restituat, & expensas solvat, ca. ult. de restit. spoliat. & d. Clē. ut calumniis, ibi plenarie de re iudicata Staphil. de literis iust. sub tit. clausula & per breue sanctitatis vestrae, n. 9. & in commissione Comitum, per quam ipse pro suo interesse admittitur, expressa est clausula, sine praedictio trium conformium, quam quidem commissionem sic signatam procurator etiam Comitum acceptavit, & hac quidem clausula hūc habet sensum, ut executio trium conformium, qua sunt prolata contra Ducē nullo modo possit suspendi, quia in suo robore manent, praeterea cum executio lib. intimatis, & reproductis, & agatur de decimis Ecclesie à laico vindicandis, quod est maxime favorabile, & quāvis & c. phibem. de decimis, ea multo minus retardari debet, praesertim cum etiam lapsa sint quadriennia c. i. de rest. in integrum li.

6. cui consequens est ut declaratoria sit decernenda.

Idē etiam fuit dictum in vna Pacen. t. decimarum 46. 16. Decem. 1594. coram D. Seraphino, nempe quod: ut laici possint percipere decimas, requiritur immemorialis cum fama privilegii, ut saepius fuit resolutum, qua non probatur per dictionem citra, vel dictionem ultra citra, sine copula & c.

Idem etiam fuit resolutum t. in causa Pampilonē. 47. decimarum. 20. Maij. 1598. coram D. Orano, in qua fuit dictum quod: ut Guidobonus. d. Decis. 62. testatur Rota in materia decimarum hanc amplexa est sententiam, ut laici omni tempore, etiam ante Concilium Lateranē. fuerint earum incapaces. iuxta doctrinam D. Tho. 2. 2. q. 87. art. 3. & decretum Vrbani. 2. in Concilio Claramonten. c. congregata. 16. q. 7. nisi in feudum, & si nō constet de privilegio ad reddendos illos earum capaces, immemorialis cum fama privilegii vel recognitionis, vel alterius equipollentis sit necessaria Gui. lo. ibi cū multis congestis in d. Toletana iuris decimandi coram Blancheto, nec sufficit quadragenaria cum tit. quamvis alias equipollet immemoriali, quando prescribens est capax, ut in c. de praescr. in 6. scilicet vero data incapacitate, qua nullo temporis cursu purgari potest, nisi adit immemorialis cum fama privi.

Et iuxta praefatas decisiones t. sunt accipienda quae de decimis à laicis possitis tradunt Rebuffus de decimis q. 13. ex n. 69. Greg. Lopez in l. 23. tit. 20. pag. 1. vbi Humada, Burgos de Paz conf. 50. Couar. lib. 1. cap. 1. n. 5. & 6. Auend. de exequen. man. lib. 2. cap. 4. Menchaca controuersiarum illustrium lib. 2. c. 89. Malcar. de probatio. concl. 484. num. 6. D. Ioan. Gutierrez practica. q. 16. & Acevedo in l. 1. t. 21. li. 9. recop. ex n. 11.

Quarto ex eo quod beneficium est t. ius spirituale 49. inferitur iudicem laicum de causa beneficij non posse cognoscere cum laici Ecclesiastica negotia maxime spiritualia tractare non debeant c. 2. & 3. de iudic. vbi late Doctores & nouissime D. Sabag. cum aliis.

Quod non solum verum est in t. petitorio fed etiam 50. in possessorio, quamvis de possessorio beneficij retinendae vel recuperandae iudicem laicum cognoscere posse praesertim stante consuetudine teneant plures Doctores Guido Papa Decis. 1. 85. 207. & 552. Ripa in rubrica de iudic. n. 90. & in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. n. 9. Ausier. de potestate seculari super Ecclesias reg. 2. n. 24. Guil. Benedict. in Rep. cap. Rayn. de restit. verbo & uxorem nomine Adelasiam dec. 2. a. n. 38. Selua de benef. 1. p. q. 7. n. 12. alias 16. Rebuff. ad leges Gallicas 3. ca. tit. de causis benef. possessor. art. 8. gl. 2. & tit. de inquisitor. seu commissariis art. 6. gl. unica in fi. Boer. Dec. 69. & Afflicti. Dec. 24. Corras. de benef. 1. par. c. 2. n. 8. Ant. Gabr. concl. 5. de rest. spoliatorum, n. 134. Aym. Crauetta conf. 258. & Ferretus conf. 1. n. 15. & conf. 18. n. 4. & conf. a. n. 7. & conf. 30. n. 2. & alius conf. 115. Decis. Pedem. Cacherani 116. n. 1. & Ant. Thesauri 82. vbi idē etiam ait in possessorio adpiscenda & 110. ad fi. & 117. & 131. n. 10. & Fran. Marcus Decis. 190. & 51. par. 1. & 245. par. 2. n. 3. Follerius in speculo Maranta 4. p. 11. dist. n. 77. Ant. Grauius ad veltiū in pr. act. li. 5. c. 1. n. 5. & 6. P. Greg. de benef. c. 40. n. 10. qui ait esse textum expressum in c. fi. de iud. Mieres de maioratib. 3. par. q. 11. n. 15. & q. 15. n. 19. Alu. Valas. consultat. 11. & 93. par. 1. ar. ad illa in sua Politica lib. 2. c. 18. n. 141. Io. Garcia de nob. gl. 9. n. 46. qui plures refert, & quod in Gallico Senatu Senatores cognoscunt de interdicto retinendae & recuperandae inter clericos super poss. beneficij, de qua consuetudine meminit l. 10. tit. 1. lib. 3. recop. quae etiam est in regno Navarrae ut per Olanum in concordia & differentia iuris communis &

Regy

Regij lit. C. n. 34. & 35. lit. n. 77. & nouissime tradit. Gaspar Rodriguez de annuis redditibus lib. 1. qu. 17. a n. 55. & tenent etiam alij pralati per Meno. de recuper. remed. 5. n. 211. & per Cenedum collect. 4. ad decretales n. 3. & 4. qui dicunt causam possessorij rei spiritualis temporalis esse non spirituale ex gl. in c. literas de iuram. calumnie Card. Clem. dispendiosam de iudic. 10. qu. num. 17. cum alijs.

Sed hanc sententiam & consuetudinem merito post alios reprobant afflictis in t. constitut. Neapol. li. 1. rub. 67. de iudicijs a n. 9. Beroius in rub. de iudic. a n. 51. Rol. conf. 23. vel. 2. Surmen. in reg. de Annali quest. 46. Mandos. de monitorijs qua. 13. n. 3. D. Couar. prac. 635. n. 1. Doctor Paz. in d. praxi. 2. tom. 2. praludio n. 15. D. Io. Gutierrez cano. questionum lib. 1. cap. 34. a n. 16. Quintanaduennas Eccl. li. 1. c. 9. n. 13. Zerola in praxi. Episcopali. 2. part. verbo possessorium & Azor lib. 5. ca. 24. q. 1. & Cota Dec. 171. in miscellaneis manuscrip. ait quod Rota reiecit illam opinionem quod iudex laicus possit cognoscere in causa spoliij super beneficio inter clericos. Conducit Dec. Putei. 361. & 365. li. 1.

Et ratio est, nam causa possessoria t. beneficij & aliarum rerum spiritualium seu quasi, ecclesiastica dicitur, clem. unica de causa poss. & de sequestrat. poss. maxime quando habet admixtam causam proprietatis Butr. & Abb. numer. 8 in d. cap. literas Cassad. Decis. 4. num. 2. vt lue pendente cum alijs.

Secundo quia possessio beneficij t. est quid spirituale seu connexa spirituali propter administrationem ordinis vel clauium quae inde sequitur, & ideo carenti possessione, seu spoliato non licet redimere vexationem quantumcumque ius habeat in beneficio, Imola & alij in cap. ad aures de simonia Abb. in c. dilectus. 1. eod. tit. Guido Papa d. Decis. 1. in fi. N auar. in man. c. 23. nu. 101. Soto de iustitia & iure lib. 9. q. 6. art. 10. Siluestr. in sum. verb. simonia n. 5. Armill. eod. verbo n. 25. summa confessorum lib. 1. tit. 1. de simonia. q. 46. summa corona. 3. p. tract. de simonia. n. 32. & Lud. Lopez in struc. c. c. ientis. 2. to. c. 302. & alij quicquid dicant Aragon. 2. 2. q. 100. art. 2. Man. Rodriguez in sum. 2. to. c. 59. n. 5. & c. 62. Vega in sum. 2. par. c. 101. casu 19. 33. & 44. ad fi. & 67. & P. Ledes. 2. p. r. sume. tract. 12. concl. 26. & 27.

Et in vna Moiricen praeminentiarum t. 21. Maij 1554. coram D. Veltano fuit resolutum: Possessionem traditam Michaeli per Capitulum de canonicatu, & praebeunda fuisse vitiosam, & simoniacam, ex quo eam tradidit sub expressa conditione, & pacto quod Michael non haberet vocem in capitulo, donec esset legitime electus, nec domum canonicalem quam suus auctor possidebat, & super qua erat controuersia cum alio canonico, donec esset cognitum ad quem domus ipsa pertineat, quia huiusmodi possessio est annexa beneficio & Rei spirituali, & non potuit super ea pacisci sine laesione simoniae ad not. per Innocen. 10. And. & Abb. in d. cap. ad aures, & in cap. dilectus de simonia, & Io. de Imola in cap. super eo de transact. Si ergo possessio est spiritualis seu spirituali annexa, eo modo quo ipsum beneficium causa possessorij beneficij erit spiritualis quicquid dicant gloss. in d. cap. literas Card. & alij sup. & idem erit in alijs spiritualibus.

Præterea esto causa possessorij beneficij t. non esse spiritualis, nihilominus inter clericos de possessorio beneficij litigantes, nulla ratione laicus poterat cognoscere ex defectu subiecti, cui clericus sit apud iudicem Ecclesiasticum conueniendus, ex iuris reg. nec valet consuetudo in contrarium. Rota Decis. 3. & 10. de consuetud. alias 223. & 840. in antiquis cuius meminit Naua in c. cum contingat. de rescrip. remedio 1. in 1. edit. etiam

immemorialis Rochus in cap. si. de consuet. sect. 5. num. 31. & sect. 6. Ant. Gabr. de prescrip. conclus. numer. 17. & Azor lib. 5. cap. 12. qu. 1. vt in proposito animaduertunt recte Mandos. Couar. 10. Gutier. num. 23. Zerola, & alij relati, & Meno. sup. nu. 22. & 234. & de retinend. remed. 0. 3. n. 346. & se. & a nu. 349. nec contradicunt gloss. Butrus & Abb. in d. cap. literas, nec huic rationi potest responderi.

Vnde in vna Oueten. t. sacristia coram D. Comi. 56 tulo fuit dictum indubiatum esse causam possessoriam in beneficijs pertinere ad forum Ecclesiasticum saltem ratione personarum clem. vnica de causa poss.

Et post hæc scripta visus t. Doctor Sahagum in d. c. 57 2. de iudic. ex n. 177. recte defendit hanc sententiam vbi, nu. 183. eam verissimam, & semper obseruandam dicit, ex ratione a me sup. adducta numer. 53.

Nec pro contraria sententia facit t. tex. in d. cap. si. de iudic. cum illic non agatur de beneficio, sed officio seculari, vt clare patet ex ipso tex. & ex gloss. & communi, ibi recte explicant Beroius Rolan. Couar. Meno. d. rem. 15. n. 16. Io. Gutier. num. 29. & Sahagum, n. 185. vbi sup. qui etiam respondent alijs fundamentis contrariae sententiae.

Illud etiam placet, quod si clericus ageret contra laicum qui eum turbat in possessione beneficii seu vexat, infestatur, siue vim inferat ne eum turbet, seu vim inferat, iudex laicus esset competens, quia tunc vere non est possessorium beneficiale, nec causa beneficiialis, sed temporalis cum laicis non sit capax beneficii, nisi forte laicus ille per clericum se generet, & ad se spectare beneficium pretenderet, Guil. Bened. verbo & vxore. 2. n. 38. & Meno. d. rem. 15. de recuper. n. 223. & 234. & d. remedio 3. de retinenda a num. 324. licet contradicat Azor d. lib. 5. cap. 14. q. 1. cuius sententia vera videtur quando clericus ageret spolio contra laicum qui eum beneficio spoliavit, ne tunc videtur possessorium beneficiale, contra Guil. Bened. & Meno. ibi.

Dicitur in di. finit. beneficij t. Propter diuinum officium competens. Nam beneficium datur propter officium cap. si. de rescrip. in 6. quod, vt inquit Card. Tole. li. 5. c. 76. in laudibus diuinis consistit in sacrificio missae, & sacrorum administratione, non quod redditus dentur in pretium sed in sustentationem talium personarum, vt acuta sibi prouideri liberi Deo melius vacare possint in populi vtilitatem.

Et ex praedicta definitione, t. & ex dictis apparet quomodo cognoscatur beneficium Ecclesiasticum. cognoscitur enim ex sequentibus. 1. ex persona prouidentis, quia est persona Ecclesiastica. 2. ex persona cui prouidetur, quia prouidetur soli clerico. 3. ex qualitate ipsius beneficii, quia habet aliquod spiritualitatis annexum, quia propter diuinum officium datur beneficium, & quod detur in perpetuum. 4. ex modo prouidendi, quia debet prouideri pure, & sine pacto, modo vel conditione, nec pro commodo temporali, alias esset simonia, vt latius per Calder. in 6. in nostra de rescrip. & ibi Bellarm. q. 3. n. 10. & in cap. super hoc ren. n. 16. Anch. in reg. beneficium li. 6. Barbata in cle. causam. 8. quod si forsitan de elec. a n. 27. Abb. conf. 47. li. 2. Fel. in d. c. in nostra n. 9. de resc. Probum ad Monachum in c. nullus de temp. ord. in 6. ex n. 2. Rebus. de pacificis possess. limit. 10. n. 344. alias. 287. Gigan. de pensio. q. 86. a n. 7. Corras. d. 1. p. c. 2. ad fi. Rochum Vironen. de visis. verbo beneficia Ecclesiastica Meno. de presump. lib. 6. presump. 79. n. 6. Iacob. de Grassis li. 1. c. 97. n. 3. Rotam in vna Firmana coram Caesare de Grassis, quae est Decis. eiusd. 124. & 125. & 1. par. diuersorum 508. & 509 in qua fuit resolutum. Esse benef. Ecclesiasticum, quia est erecta auctoritate Episc. & dotata, maxime si habet

onus spirituale annexum, quia tunc potest conferri perpetuo, non obstante quod non consistat de aliqua collatione, quia praedicti Doctores non requirunt, quod fuerit collata Ecclesiae, sed tantum quod sit talis quae non possit conferri laico.

- 62 In vna tamen Volaterrana Capellā. § 16. Nou. 1594. coram Illustrissimo Seraphino Rota resoluit: Impetrantem debere ante omnia probare existentiam beneficii impetrari, & quod sit Ecclesiasticum, & collationum, alias non dari vacationem, Abb. d. conf. 47. num. 1. Calder. conf. 4. de relig. domib. Fel. in d. cap. in natura, numer. 9. & tenuit Rota in Hispanen. beneficii. 16. Iun. 1586. coram D. Oriolen. & ideo quia ibi nulla asseratur collatio facta per Episcopum, vel sedē Apostolicā capellā impetrata, quinimo pro parte confraternitatis docebatur de ultimo statu, & eo quidem antiquissimo, quod iuxta conf. Decij 126. numer. 1. in consideranda qualitate beneficii solet attendi, ex quo agitur istam capellam tanquam simplex oratorium fuisse per longissimum temporis spatium restam per confratres laicos, qui ad eorum nutum, & cum certo salario deputarunt capellanos, impetrationem esse inuálidam. Accedit Decif. 63 182. num. diuersorum. p. 1. 5. ubi Rota dixit. Dilectum Rebus. in pract. tit. quid sit beneficium, numer. 8. ubi voluit, dici beneficium illam partē quae datur ministro Ecclesiae, procedere si daretur in tu. persona habili. Et nouissime post hanc González ad reg. de mensib. gl. 5. a num. 6. ponit praedictas qualitates, de quibus, num. 61. tanquam requisita substantialia beneficii, & quod si illae non concurrunt, non est beneficium quocumque nomine nuncupetur, & allegat duas nouissimas Decif. Rotae in vna Vlisbonen. administrationis capellae. 16. Jan. 1591. coram D. Pena, & in alia Hispanen. remitorij. 4. Decem. 1596. coram D. Pamphilio.

§. 1.

De beneficiis manualibus, & capellanis, & prestimonij.

SUMMARIA.

- N**on est de essentia beneficii esse perpetuum num. 56. Regularia beneficia sunt manualia, & ad nutum amouibilia nisi sint curata aut electiua, num. 66. resolutio Rotae, num. 67. & 68. & sunt, vere beneficia num. 69. Beneficia secularia de sui natura sunt perpetua num. 70. tamen per Papam non inferiorem possunt ad tempus concedi, n. 71. & ex fundatione possunt esse temporalia, & ad nutum amouibilia, numer. 72. licet Naua. contra, num. 73. qui tamen admittit posse esse temporalia per Papam seu immemorabilem, num. 74. Etiam ex constitutione, seu statuto beneficia secularia possunt esse temporalia, seu manualia, num. 75. licet Naua. contra, num. 76. Beneficia manualia sunt vere beneficia, & ut talibus in eis committitur simonia, num. 70. licet aliqui contra teneant, num. 78. Potest dici esse de essentia beneficii quod sit perpetuum saltem apertudine, num. 79. De beneficio manuali, & ad nutum amouibili faciendū est intentio impetratione secundi num. 80. Capellania ad nutum amouibiles non sunt beneficia ubi non instituuntur auctoritate Episcopi, num. 81. secus si essent instituta eius auctoritate, numer. 82. Non tamen poterit quis sacris ordinari ad titulum talis capellaniae, nec alterius beneficii manualis, numer. 83. nam titulus debet esse perpetuus, num. 84. Patronus capellaniae etiam collatione sua fundata ut sit ad nutum amouibilis, potest ad nutum & liberam voluntatem absque causa amovere capellanum, num.

85. toties quoties voluerit, num. 86. nec poterit ordinarius destitutum tueri in sua possessione, n. 87. In beneficiis manualibus potest fieri reuocatio sine causa, malitia cessante, num. 88. non obstante reg. de trienniali, num. 89. quicquid alij dicant, num. 90. Si de facto quis ordinetur ad titulum capellaniae ad nutum amouibilis non mutatur eius natura, num. 91. Ad titulum capellaniae amouibilis non ad nutum, sed ex iusta causa, non potest quis sacris ordinari num. 92. Vicaria temporalis, seu ad nutum amouibilis, non est beneficium num. 93. Decif. Rotae, num. 94. Capellania perpetua instituta auctoritate Ecclesiastica sunt beneficia sine dubio, & obligant ad horas, n. 95. resolutio Rotae, num. 96. & tunc non tenet prohibitio testatoris, quod ordinarius non se intromittat in earum promissione, sed ad solos laicos spectet, num. 97. Ab administrat. in cura, & visitat. istarum capellaniarum potest fundator excludere ordinarium nisi in casu negligentiae, n. 98. sed non censetur exclusus ex eo quod in fundatione alicui committatur visitatio, num. 99. nec contrarium censui 5. S. cong. in quadam declarat. num. 100. licet in terminis brevis Pauli V. censetur exclusus a visitatione priorum operum de Oropesa, n. 101. Capellaniae etiam perpetuae fundatae, sine auctoritate ordinarij non sunt beneficia, nec obligant ad horas num. 102. 103. & 104. & in eis valet ordinatio fundatoris, quod ordinarius non se intromittat in earum prouisione, n. 105. decisiones Rotae, n. 106. & 107. Capellania in cuius prima fundatione non interuenit ordinarij auctoritas, potest postea per ordinarium erigi in beneficium, si non reluctatur fundatoris voluntas, num. 108. Quod verum est in capellanis institutis in ultima voluntate, num. 109. aut inter viuos, quarum effectus differtur post mortem, n. 110. Secus tamen in institutis inter viuos, & statim effectiuis, n. 111. Ad titulum capellaniae non collariue potest quis ordinari si est perpetua, tanquam ad titulum parimonij, num. 112. Si apparet de unica collatione, vel institutione ordinarij, in dubio censetur capellania beneficium, n. 113. in dubio vltimus status beneficii attenditur, num. 114. Quando constat fundatorem noluisse facere capellaniam collatiuam, & beneficium, non videtur sufficere fuisse collatam spatio 40. annorum, sed quod requiratur immemorialis, num. 115. sed contrarium teneatur, num. 116. Prestimonia, & prestimoniales portiones sunt beneficia, num. 117. & 118. quamuis aliqui contra teneant, & alij dissentiant, num. 119. Gratia de beneficio simplici vacante per obitum. N. capiat prestimonium, num. 120. In expectatiua ad beneficium simplex, aut cum cura, vel sine cura comprehenditur prestimonium, nisi in certis casibus, num. 121. In impetratione beneficii faciendā est mentio de beneficiis obiectis, licet de facto, & de iure ad re, nisi ubi impetras ignorat, n. 122. 123. 124. & 125. & de prestimonij, n. 126. & etiam de beneficio incompatibili vacante propter affectuonē secundi, contra González, num. 127. Non est autem opus addere in diffinitione beneficii ut Nauar. d. q. 1. de redditibus, num. 55. num. 4. & Doct. Sahagum. in d. c. fin. de sequestratione poss. n. 20. & alij addunt, perpetuum in se saltem quo ad obtinentem, aut ut Quintanaduenas d. li. x. Ecclesiasticor. cap. 3. & Duar. d. lib. 2. cap. 4. in perpetuum: non enim est de essentia beneficii esse perpetuum. Nam regularia beneficia de sui natura sunt manualia, & ad nutum amouibilia nisi sint curata aut electiua, Cassad. decif. 4. num. 3. & decif. 12. num. 9. de preben. Achilles de

Grassius, decis. 242 seu noua de preben. numer. 3. & Rota decis. 772. & 778. par. 1. diuerforum, Selua de benef. 3. par. 9. 21. & 68. Rebus. de pacificis poss. a. num. 529. alias 272. Cofinas in pragmatica sanct. tit. de collatio. §. item placuit verbo perpetuis, & eius filius Hor. Mandos. 10. num. 5. & quest. 11. nu. 3. & Mandos. reg. 3. cancell. 9. de priuilegiis ad instar gloss. 6. num. 3. Flam. Paris. de resignatione benef. lib. 11. quest. 3. numer. 81. Et post hac visus Gonzalez ad reg. de mensibus gloss. 5. §. 6. ex nu. 6. & 58. Et Rota in vna Parmen. Prioratus. §. Iun. 1595. Co-

ram t. D. meo Corduba Episcopo Pacen. in qua fuit dictum, Quod in beneficiis manualibus non inrat reservatione nec cadunt sub reservatione, Calder. conf. 25. de preben. cum aliis, & quod manualia presumuntur omnia beneficia regularia, quae nec sunt curata, nec electa, Mill. verbo beneficia regularia, Selua 3. par. 9. 68. Cassad. decis. 4. de preben. Mandos. reg. 3. quest. 10. num. 5. & 9. 11. num. 2. & ad probandum quod sit regulare sufficit, quod sit fundatum in Ecclesia Monachali, cum alias ibi secularis esse non possit cap. fin. §. praecipimus de statu Monach. Abb. conf. 59. ad fin. lib. 2. nec obstat, quod ille per cuius additum ultimo vacauerit esset secularis, quia non resistentibus regularibus secularis similia beneficia obtinere potest, d. §. praecipimus.

68 Rota etiam in Segumina Thesauraria, 29. April. 1596. Coram D. Orano infra addita. 11. p. c. 5. nu. 181.

69 Et certum est esse vere beneficia, & sic in eis committi simoniam, & confidentiam. Flam. Paris. de confidentia, quest. 16. quicquid Duarenus d. l. 2. cap. 4. dicat Prioratus claustrales beneficiis non annumerari, quia perpetui non sunt, & Quintanadu. d. c. 23. nu. 12. & Eman. Rodrig. questionum regul. 1. tom. 9. 31. art. 2.

Et beneficia secularia quamuis de sui natura, seu propiitate sunt perpetua, ca. praep. 1. 55. dist. cap. satis peruersum. 56. dist. cap. sanctorum. 70. dist. cap. vni de capellis monach. in sexto, & ibi gloss. vers. perpetui, Abb. in ca. 2. de arbitris notis. 1. Cassad. d. decis. 4. num. 2. & d. decis. 12. nu. 9. Felin. in d. cap. in nostra num. 9. de rescrip. Probus in d. ca. nullus, num. 17. de tempor. ordin. in sexto, & alij relati supra num. 61. & Mandos. d. 9. 11. Flam. d. 9. 3. num. 92. Gonzalez sup. num. 7. & alij, tamen per Papam licet non t. per inferiorem possunt ad tempus concedi, cap. si gratiose, de rescrip. in sexto, ubi Doct. gloss. in d. cap. vni. Felin. sup. & in c. si de iudic. nu. 6. Probus sup. Selua d. 9. 21. Rebus. in praxi, in requisita ad collationem n. 13. & 14. Mandos. d. 9. 11. n. 3. Flam. Paris. de confiden. 9. 18. n. 4. & alij. Et ex fundatione t. beneficia secularia possunt esse temporalia, & ad nutum amouibilia, Lopus allegatione 67 seu 66. n. c. Mand. reg. 34. 9. 11. Goncal. sup. n. 8.

Quamuis Naua. conf. 5. de preben. & conf. 8. de iure patr. num. 7. t. dicat capellaniam sic fundatam etiam autoritate Episcopi non esse beneficium, qui tamen. d. conf. 8. n. 10. t. admittit beneficia spiritualia posse esse seu fieri temporalia per Papam seu consuetudinem immemorialem.

Et etiam ex constitutione seu statuto beneficia t. secularia possunt esse temporalia, seu manualia, & ad nutum amouibilia, Lopus allegatione. 9. Cassad. d. dec. 12. num. 9. quod tamen non videtur procedere in curatis ex d. ca. vni. t. quamuis Naua. conf. 9. de officio ord. & 27. de preben. dicat quod per ordinationem qua capellania perpetua fit ad nutum amouibilia definit esse beneficium.

Et beneficia manualia esse vere t. beneficia, & vt talibus in eis committi simoniam tradit Flam. Paris. d. question. 18. de confiden.

Et ita tenendum est quamuis t. Staphileus de lue-

ris gratia. 9. forma expectatiuarum nu. 29. & Gambarus de officio legati. lib. 4. Rubrica. 1. n. 1. Lud. Gom. de expectatiuis, n. 94. P. Greg. de benef. c. 11. n. 12. & Zerola in praxi Episcopali. 1. par. ver. beneficium. §. 1. dicant beneficia manualia non esse vere, & proprie beneficia, quia non sunt perpetua, & Gonzalez s. n. 21. & 59.

Potest etiam dici esse de essentia t. beneficij quod sit perpetuum saltem aptitudine, qualia sunt manualia, quae possunt esse perpetua, vt in d. Seguntina thesauraria, vbi quod ad esse beneficij Ecclesiastici requiritur, q. eius titulus sit saltem aptitudine perpetuus.

Vnde infertur de beneficio manuali, & ad nutum amouibili, quod habet impetrans faciendam esse mentionem in impetratione secundi Cald. conf. 9. de rescrip. Fel. in d. c. in nostra cor. 19. Ripa in cap. ad aures de rescrip. n. 12. Selua 3. par. 9. 11. n. 8. Rebus. de nominatio. q. 9. n. 27. alias. 25. Meno. de arbitr. casu. 202. n. 46. & Rotam d. Seguntina thesauraria velit nouissime Vuamefius consil. 228.

Secundo infertur, capellanias quae sunt ad nutum amouibiles, non ex eo dicendas esse non esse beneficia proprie, quia sunt amouibiles, vt inquit Staphil. & Naua. sup. & Auem. in dictionario vers. beneficiorum, sed quia haec vt plurimum non instituuntur autoritate Episcopi, vt sint spirituales, & inter bona spiritualia contententur, sed veluti salaria, & stipendia: Si tamen aliquae essent sic institutae, & erectae autoritate t. Episcopi, vt esset spirituales, & collatiuae, vere essent beneficia, & obligaret ad horas canonicas, quauis enim ille non esset beneficiarius perpetuus, tamen pro eo tempore, vere haberet ius spirituale ad percipiendos fructus capellaniae, & ratione talis capellaniae, gauderet privilegio fori, licet esset tantum in minoribus constitutus, seu clericus primae tonsurae, iuxta decretum Concilij, sess. 23. de refor. cap. 6. & q. beneficium manuale, & reuocabile ad nutum, & voluntatem conferentis, obliget ad horas tradit Acor lib. 10. cap. 4. quest. 2.

Non tamen poterit quis ad sacros t. ordines promoueri, ad titulum talis capellaniae ad nutum amouibilis, quantumvis sit collatiua nec alterius beneficij manualis, Mayol. de irregular. lib. 4. c. 15. n. 4. Salcedo in prac. crim. Bernardi Diaz c. 18. n. 8. Fla. Pari. commune dicens de resignatione benef. lib. 2. q. 6. n. 2. & 3. Zerola in praxi Episcopali 2. par. ver. dimissoria sub. §. 9. Marcus Ant. Genuen. in praxi Archiepiscopali curia Neapol. cap. 81. sub. n. 2. Enriquez in sum. lib. 10. c. 17. §. 3. Man. Rodrig. in sum. 2. to. c. 15. n. 12. P. Ledes. in sum. 1. par. de Sacram. ordinis c. 7. 11. conclusionem Zechnus de repub. Ecclesiastica ca. de clericis sub. n. 7. vers. 84. & Sairus de censuris lib. 4. c. 14. n. 20. titulus n. ad quem quis sacris t. ordinibus or-

84 dinatur debet esse perpetuus, tam ex parte datis quam recipientis, vt colligitur ex S. Consilio Trident. sess. 21. de refor. cap. 2. capellania autem etiam collatiua ita fundata vt sit t. amouibilis ad nutum patroni, potest patronus ad nutum suum, & libera voluntate, id enim importat verbum, ad nutum, Felin. in c. per tuas de maior. & obed. n. 3. ad fi. Mandos. d. reg. 34. 9. 11. & Rota. d. Decis. 778. par. 1. diuer. & patet ex ipsa significatione vocabuli, q. accipitur pro voluntate, Calep. vers. abnuo, & alia dictionaria, & verbum voluntas, importat liberam, & absolutam voluntatem, & non regulatam.

85 Fel. in cap. 1. de consuet. sub. num. 51. versic. & si dicatur comitimus voluntati tuae las. in l. si sic. ff. de legat. primo a num. 27. Meno. de arbitr. lib. 1. quest. 7. a numer. 2. qui alios referunt absque aliqua causa amouere capellanium, aliumque ponere seu praesentare Lamber. de iure patr. 1. par. 1. lib. 1. quest. 9. ar. 1. num. 71. & art. 2. qui quamuis d. art. 2. n. 15. id admittat t. pro prima vice

duntaxat, procedet tamen toties quoties voluerit patronus, quia ita est de intentione ne disponentis: eademque ratio militat in vltioribus vicibus quæ in prima, nec est maior ratio de vno capellano ac de alio, ita Io. Gutier, *pract. quest. li. 3. quest. 11.*

Qui etiam ait quod non poterit ordinarius destitutum tueri in sua possessione pro quo facit quod vt fuit dictum in vna Elboren. distributionum. 29. Mar. 1599. coram D. meo Corduba, possessio, ad tempus, illo elapso nō dicitur amplius possessio, ex natura temporis limitati. Imperator de postulando. l. statu liberis. §. stichum. ff. de leg. 2. & possessio data per tempus limitatum, vel vt aliquid adimpleatur, cessat illo impleto vel transacto tempore, Decianus conf. 108. nu. 19. 10. 3 & possessio quam habet huiusmodi capellanus, amouibilis est, ad tempus scilicet, donec amoueatur, seu dum non amouetur, vel reuocatur.

88 Et quidem in beneficiis manualibus, t & ad nutum amouibilibus, potest fieri reuocatio sine causa, malitia cessante Card. in clem. 1. §. premissa, num. 4. de supplen. neglig. prælatorum. Decius in cap. ad nostram, n. 23. de confirmat. vili. Cosmas d. tit. de collatio. §. item placuit ver. perpetuis. Selua. 3. par. quest. 68. in fi. Naua cōmen. 2. de regular. nu. 65. Man. Rodriguez quest. regul. 1. 10. quest. 34. ar. 9. licet contrarium dicat ar. 2. Acor vbi 5. & fuit tantum in vna Burgen. amotionis magistri capellæ 11. Decem. 1581. coram D. Blancheto & in d. Decif. 778. par. c. diuersorum Gonzales sup. a nu. 46.

89 Nec in eis procedit regula de t triennali quominus possint amoueri Rebus. de pacificis poss. limitatio. ne 6. num. 329. alias 272. & seq. Mando. d. reg. 34. qu. 11. Mohed. Dec. 10. de causis poss. Rota Dec. 739. n. 7. par. 11. diuers. & Gonzales sup. n. 16. quicquid alij dicant & 90 alias Boerius, Decif. 149. Capicius Decif. 19. & Bergos de paz. conf. 21. n. 5. & quamuis Zavallos in suis cōmunibus contra communes quest. 425. in fi. cum Gutierrez d. quest. 11. num. 6. dicat in capellania ad nutum patroni, vel Episcopi concessa, quod sine causa auferri non potest, & ita pluries vidisse iudicatum, cum tamen Gutierrez d. q. 1. contrarium teneat.

Et si de facto quis ordinetur sacris ordinibus, ad titulum capellanæ ad nutum t amouibilis, non ex eo mutabitur eius natura seu qualitas, maxime si id fiat sine expresso consensu patroni: nec enim pot ordinarius etiam cum consensu patroni tollere qualitatem foundationis, cum sit in fauorem Ecclesiæ, & vt melius feruiatur beneficio, vt alias dicitur. 7. par. c. 1. a n. 102.

91 Quinimo etiam ad titulum t capellanæ amouibilis non ad nutum sed ex iusta causa, vt si capellanus non bene feruiat vel alias, non videtur quis posse sacris ordinari, quia adhuc talis capellania nō est perpetua cum possit amoueri ex causis in iure non expressis.

92 At vicaria temporalis seu ad nutum t amouibilis non est beneficium, nec titulus beneficalis; quia nō confertur in titulum, sed est simplex salarium seu stipendium Calder. conf. 9. de rescrip. n. 2. Rebus. de nominatione quest. 14. num. 62. & in praxi tit. de dispens. ratio ne atatis, verbo, vel earum perpetua vicaria, & sentit Flores de Mena q. 10. n. 26. vbi ait q nominatio vicariorum ad nutum amouibilium, pertinet ad prælaturam seu prælaturam monasterij, cui beneficium vnitum est, & Episcopus solū debet approbare & admittere & licentiā administrandi sacramenta dare, si vicarius idoneus inuētus fuerit, quē potest examinare, neq; vlla alia requirit collatio aut institutio, & q sic nouissime declarauit. S. cong. concil. vt vidit in publico instrumēto ex Roma missio, & posthac late tradit Gonzales

gloss. 5. §. 3. a numer. 35.

Et fuit resolutum in vna Salamantina t vicariæ 15. 94 Mar. 1596. coram illustrissimo D. Blancheto, vt in seq. Dec. Resolutum fuit non intrare gratiam Io. Perez, & esse dandum mandatum de manu tenendo Abbati, huiusmodi enim Vicaria ad nutum amouibiles, non sūt tituli beneficales, nec impetrabiles Rota Dec. 2. de excess. prælatorum in nouis, non facta mentione manualitatis Cass. ad. Dec. 4. de præben. Calder. conf. 126. co. tit. Si moneta Dec. 30. part. 2. quod autem vicaria de qua agitur sit talis, apparet per vnionē factam à Fel. record. Pio 4. huius beneficij monasterio, in qua datur facultas apponendi vicarium monachum, seu secularem, ad nutum amouibilem, cum decreto irritante & clausula sublata. Cui facultati accedit alia concessa per constitutionem Fel. record. Pij 5. n. 46. & fuit resolutum in 8. Cong. Concilij. Nō obstat nominatio abbatis facta de vicario ppetuo a. 1577. primo quia Abbas non potuit in hoc præiudicare Ecclesiæ Vital. in clem. n. 1. §. 6. & 57. de off. vicarij, neque etiam in possessione, non solum propter protestationem factam in ipsa nominatione, per quam cēsetur præseruatum omne ius monasterij, l. si debitor §. 1. quib. modis pignus vel hypotheca soluitur, sed etiam quia facto suo Ecclesiæ à possessione non cecidit. Inn. in c. in literis, de restitutione spolia. Decif. 1. co. ti. in nouis idque multo magis quid in hac vltima vacatione fuit suspensum per ordinarium decretum deputationis vicarij perpetui, & permissum abbati, quod poneret ad nutum amouibilem, nec applicantur que deducuntur de vltimo statu, qui probato anteriori, prout hoc casu oportet probare posteriorem spatio 40. annorum Rota Dec. 2. num. 1. de præben. in nouis, Feli. in cap. in nostra, n. 43. de rescrip. vide dicta. 11. par. cap. 2.

Ceterum capellanæ perpetuæ nulli dubium est quin sint beneficia t Ecclesiastica, quando sint instituta 95 tura, & erectæ autoritate apostolica, vel ordinaria, vt sint spirituales, & beneficia Ecclesiastica quæ dicuntur capellanæ collatiuæ, & consequenter obligant ad horas canonicas, glo. 1. in clem. 2. de decimis in fi. Rota Decif. 11. de iure par. in antiquis. Feli. in ca. ex parte. 2. nu. 2. de rescrip. & conf. 41. & 45. Decius conf. 210. numer. 4. Guido Papa Decif. 187. Selua de benef. 1. par. q. 3. nu. 101. Belle. 7. in de charitativo subsidio q. 73. Rebus. in praxi t. seculare beneficium quoduplex, n. 14. & 15. & de pacificis poss. a n. 102. alias 87. Sarnen. in reg. de annali quest. 20. vbi Mando. qu. 17. Bermon. de publicis concubinarijs verbo Papa. num. 5. Auend. in dict. ver. beneficos M. A. Marsil. Columna de eccles. redditibus cap. 14. num. 2. Fuscus de visitatione lib. 2. cap. 11. nu. 2. Salcedo in pract. crimin. Bernardi Diaz cap. 18. n. 9. Acededo in l. 1. tit. 4. lib. 1. recop. n. 7. Solis de censibus lib. 2. cap. vlt. n. 15. Zavallos quest. 693. n. 19. A. Rochus de visitatione ver. capellanas Zerola in praxi episcopali. 1. par. ver. beneficia §. 1. ad fi. & 2. par. eod. ver. §. 10. & ver. capellania, & Naua, de oratione c. 20. n. 17. Io. Medi. de oratione. q. 7. Corduba in sum. q. 186. pun. 3. versic. li. 5. Lud. Lopez instruc. conf. 1. 10. caput. 244. ad fin. & 2. toto c. 105. Man. Rodrig. in sum. 1. 10. c. 140. Vega in sum. 1. par. c. 128. casu 13. versiculo quinto Io. Bapt. Corradus in resposis casuum conf. q. 240. in additione Acor. li. 10. ca. 3. q. 5. & P. Ledes. in su. secunda par. tract. 9. c. 4. 6. conc. 7. diffi. & nouissime post hac Gonzales gl. 5. n. 68.

Vnde in vna Burgen. Iurisdictionis. 8. Iun. 1587. coram D. Seraphino fuit resolutum: Verba concordiæ inter clericos seu presbyteros perpetuo beneficiatos Ecclesiæ comprehendere omnes beneficiatos etiam capellanos ex proprietate verborum.

Et tunc non tenet prohibitio t testatoris quod 97 ordi-

ordinarius non se intromittat in earum provisione, sed ad solos laicos spectet, nec pœna alienata ex cap. 2. 10. quæst. 1. Rota Decis. 10. de testam. in antiquis. Ripa in leg. nemo potest. ff. de lega. 1. numer. 127. & 129. Lamber. de iure patr. 1. par. 1. lib. 1. 10. & 105. Mando. de signaturæ gratia tit. de exemptio. vers. amplio etiam. Conar. in 4. 2. par. cap. 3. §. 1. numer. 20. & in cap. tua. de testam. nu. 8. Greg. Lopez in l. 1. tit. 15. par. 1. vers. dote. Fuscus ubi supra à num. 12. ad 15. Io. Gutierrez in Rep. d. l. nemo potest ex num. 499. Spino de testam. gloss. 4. à nu. 93. & nu. 93. & Gonzalez sup. nu. 42. & alij, quicquid dicat Menchaca de successionum creatione §. 7. in 17. cuius opinionem saluat Gonzalez à numer. 46. intelligendo eam in secundo casu, quando in fundatione nulla interuenit autoritas Episcopi, & capellania non est reuera beneficium Ecclesiasticum, vel quando licet Episcopi autoritas interueniat, ipsemet Episcopus in ipsa fundatione consentiat. ex allegatis si vero constat fundatorem nolle facere beneficium, & capellaniam collatiuam, valebit d. conditio siue interueniat autoritas, & consensus Episcopi, siue non: nam etiam sine consensu Episcopi, potest institui capellania non collatiua, & alia opera pia quicquid dicat Gonzalez, num. 48. de quo infra.

98 Quamuis ab administratione, cura, & visitatione istarum capellaniarum etiam collatiuarum, bene possit fundator excludere ordinarium, ex S. Concilio. Trid. sess. 22. de reformatione cap. 8. & 9. nisi in casu negligentie cap. tua. de testam. ut sapie censuit S. Cong. Concilij, & ex eius voto ita nonissime declarauit S. D. N. Paulus. §. die. 7. Apr. 1606 in causa Abulen. pro Comite de Oropefa, contra Episcopum, ut in eius breui sub annulo piscatoris. Sed non censetur 99 exclusus à visitatione, ex eo quod in fundatione t. alicui committatur visitatio, ut alias censuit ead. S. Cong. Concilij in vna Abulen. visitationis hospitalis de Olmedo contra t. Priorem Monasterij de la Mejorada. Nec contrarium postea censuit S. Cong. in alia declaratione ad instantiam d. Prioris facta, & confirmata per Breue Clem. 8. datum die 22. Aug. 1600. quia cum narratum fuisset quod in fundatione, & dotatione d. hospitalis specialiter cautum est, quod per d. priorem & non per alium ipsum hospitale visitari & administrari deberet. solum ibi dicitur iuxta declarationem alias in d. cong. factam decreto d. cap. 8. non esse sublatam fundacionem.

100 Licet in terminis d. breuis S. D. N. Pauli V. censetur exclusus t. Episcopus à visitat. hospitalis, & collegij aliorumque piorum operum D. Fran. de Toledo Proregis Indiarum, ex eo quod fundator eorum curam, & visitationem Comiti de Oropefa patrono ab eo deputato committit, præmittens id facere quia Episcopi Abulen. non solent se personarum conferre ad oppidum de Oropefa, & propter plures occupationes, & obligationes eorum.

At capellaniæ etiam perpetuæ fundatæ & ordinatæ t. sine autoritate ordinarij, quæ non sunt ab eo approbatæ, & spiritualizatæ, non sunt beneficia Ecclesiastica, nec ab ordinario conferri possunt, sed sunt sub pia dispositione fundatoris, & eius heredum seu successorum, qui possunt tales capellanas donare siue Episcopo quibus voluerint dummodo sint idonei iuxta dispositionem fundatoris. Ita Guido Papa d. decis. 187. Rebuff. de pacificis poss. 4. 349 alias, 287.

vers. & ideo, P. Greg. de benef. cap. 11. nu. 10. Naua. cons. 5. & 7. nu. 1. de praben. Aiu. V. alascus consilia. 80. num. 12. & 13. par. 1. Rochus, & Azor ubi proxime, quamuis de iure non possit stare dicat Zerola sup. & quod capellaniæ seu capellæ non sint beneficia Ecclesiastica nisi sint per t. Episcop. ordinatæ & approbatæ, tradunt Feli. Rebuffus, Bermon. Salcedo & alij relati sup. num. 95. & Spino sup. nu. 42. t. & 104 Naua. Corduba, Lud. Lopez Man. Rodrig. Vegas Corradus, & Azor ibi citati inquirunt quod capellaniæ institutæ à solis testatoribus vel donatoribus citra autoritatem Papalem vel Episcopalem, non sunt collatiuæ, nec beneficia, neque obligant suos possessores ad horas Canonicas, & prædicta sequitur post hæc Gonzalez supra à num. 20. qui tamen male ait num. 35. cum Parisio cons. 34. lib. 4. quod Episcopus non habet in talibus capellaniis ius visitandi, quod non est verum: nam quamuis non sint beneficium, sunt tamen opus pium, & sic possunt ab Episcopo visitari; nisi aliud in fundatione cautum sit, ut in d. cap. 8. & 9. Concilij sess. 22. de reformatione. & ita videtur sentire idem Gonzalez inferius num. 45.

Vnde apparet in huiusmodi t. capellaniis valere 105 ordinationem fundatoris seu testatoris, quod ordinarius non se intromittat in earum provisione, sed ad solos patronos spectet ut in informatione seu discursu posito. 2. par. Decisionum diuersorum post Decisionem 310. num. 3 & male agere ordinarios qui faciunt institutionem, & collationem de capellaniis contra voluntatem fundatorum & testatorum, qui noluerunt eas esse collatiuas, mori aliquando, ne imponatur eis subsidium, bonis & redditibus Ecclesiasticis imponi solitum, nec est in ipsorum ordinariorum potestate illas facere collatiuas, & erigere in beneficia Ecclesiastica contra testatorum voluntatem etiam de consensu patroni, ad clem. quia contingit. versic. cum tamen ea. de relig. domib. & quæ tradit Mando. in reg. 34. qu. 11. num. 2. ita Spino. d. num. 42. & Humada ad Greg. Lopez. d. l. 1. tit. 15. par. 1. gloss. 6. & Cauillos qu. 28. 2. nu. 23. 28. & 29. dicens quod ita seruatur in Cancellaria Pinciana, & Azor & Gonzalez sup. à num. 44. & ita etiam tenet Rota ut in Decisionibus sequentibus.

Salernitana oratorij. 13. Mar. 1559. coram D. Quiroga.

106 Testator legauit nonnullos t. hortos cuidam presbytero pro Musello cum onere celebrandi missam qualibet hebdomata in Ecclesia B. Mariae, & post mortem eius voluit ut heredes testatoris eligant alium sacerdotem, cui concedant illa bona per annos decem & non ultra, cum prædicto onere, & successine alius eligatur post dictos decem annos. Nunc quia reperiebatur hoc tanquam beneficium sepius fuisse impetratum, heredes testatoris impediuntur eligere sacerdotem ex reg. de triennali, dubitatum fuit an prædicta reg. illis obstarent, Rota respondit secundum ea quæ proponebantur, non esse locum reg. de triennali, cum hoc non sit beneficium, sed oratorium priuatum, in quo non adfuit consensus Episcopi, ideoque non potuisse impetrari ut beneficium, nec conferri in titulum Abb. in cap. fi. de centibus Bald. cons. 5. in tertio, & si aliter fuit impetratum, non erat factum cum consensu Episcopi, nec consideranda Decis. cons. 548. col. 1. Fel. cons. 41. col. 1. & 2. Quamuis autem non sit beneficium est tamen seruanda voluntas testatoris, quo ad ea quæ reliquit, iuxta eius dispositionem Feli. d. cons. 41. num. 6. & seq. Card. cons. 83. hæc autem firmata sunt circumscripto ultimo statu. & nonnullis aliis de quibus in facto.

Salamantina capellania 23. Mart. 1583. coram D. Seraphino.

107 **D**ubium habet duas inspectiones, & quarum altera est, an testator voluerit erigere beneficium Ecclesiasticum, altera quisiuam sit preferendus Hieronymus an Fran. Quantum ad priorem Domini inclinabent, quod noluit testator erigere beneficium Ecclesiasticum, cum vellet, quod huius capellania prouiso ad solos laicos spectaret, qui obtinebunt maiorem quod fieri non potest, non enim loquitur de presentatione, sed de prouisione & manifestum est ex quo vult, quod nec Papa nec alius quisiuam se intromittat in huiusmodi prouisione, ex quibus apparet noluisse erigere beneficium, cum id sine canonica institutione a quoquam obtineri non possit, cap. beneficium de reg. iuris in sexto: quod etiam confirmatur, ex eo quod in euerum quod aliquis se intromiserit, reuocauit legatum, nam si esset beneficium, fieri non posset, & non est prae-sumendum, quod elegerit viam per quam voluntas ipsius impugnari possit. l. 3. de militari test. Anchar. con. 197. num. 7. Rota decis. 10. de testam. antiquis, & licet vocet capellaniam tamen intelligendum cum his qualitatibus quod fieri potest, vt per Sarnen. de annali q. 20. & de valore q. 4. quantum ad secundam inspectionem, domini dixerunt preferendum esse Hier. quia eo instante, & iudicialiter agente capellania ista fuit in esse deducta, & voluntas testatoris impleta, quam heres exequi negligebat. ideo cum sit impari gradu, cum Fran. & plus illo conulerit, & suspecta sit conclusio inter patrem & filium, & concurrant etiam alie qualitates in Hier. esse gratificandum vt per Lamber. art. 16. §. q. princip. 3. p. 2. lib. neque obstat, quod in his non possit se intromittere ordinarius, quia est casus omissus a testatore, nempe propter negligentiam heredis, qua facit vt saltem pro illa vice ius deuoluatur ad superiorem cap. si vero de iure patr. gloss. in cap. 1. de off. custodis, & cap. ea qua de off. Archid. & regulariter Episcopus est executor voluntatum voluntatum ad piam causam clem. 1. de testa & in Concilio Triden. sess. 22. cap. 8. de refor. non obstat, quod Franciscus sit pauper, quia habet patrem diuitem, qui eum alere tenetur, & ideo conclusam sententiam ordinariam in hac parte esse confirmandam.

108 Salcedo tamen *vbi* *sup.* ait illud iure t defendi pos-
se, quod licet primæua capellanæ fundacione, non
interuenerit ordinarij authoritas, si tamen non re-
luctante fundatoris voluntate postea capellania in
Ecclesiasticum beneficium fuerit erecta, nempe per
collationem, & canonicam institutionem fundato-
ris, consanguineus, vel alius, qui ad eam vocatus est,
eius nomine, & tit. ordinari poterit, & ita receptum
esse absque controuersia, & sic tenet Salcedo, capel-
laniam in cuius primæua fundacione non interuenit
ordinarij authoritas posse postea per ordinarium e-
rigi in Ecclesiasticum beneficium, si non reluctatur
fundatoris voluntas & sequitur Zuallus *sup. numer.*
29 facit Decis. Rotæ. 1122. lib. 3. par. 3. diuersorum, quam
refert Gonzales sup. a. num. 58. quod verum est in ca-
pellanis institutis in vltima voluntate in quibus nõ
109 solet interuenire authoritas, & erectio ordinarij, ni-
si post mortem testatoris quando effectum sunt ha-
bitator instituendo capellaniam simplicem
Ecclesiasti-

Præcedit etiam ead. rationem in capellaniis institutis inter viuos etiam irrevocabiliter, quarum effectus differtur post mortem.

In capellaniis vero institutis inter viuos & statim effectuat^{is} per positionem † capellani, non videtur

num. - Vega 1. par. sum. cap. 128. c. 13. versiculo 6. & P. Ledes. in sum. 2. par. tract. 9. ca. 4. 6. concl. 1. difficultate, & alij.

118 Quamvis contrarium teneant Io. And. num. 3. & Domin. num. 9. in cap. 1. de rerum permut. in 6. & ibi Gambardus, num. 68. lo. Medina de orat. 9. 7. & Corduba in sum. qua. 186. Pun. 3. & distinguant idem Domin. conf. 89. Fel. in cap. postulasti de rescrip. num. 7. Staphil. de literis gratia tit. de qualitate benef. 1. nu. 5. Rebus. de pacificis poss. 105. & 106. alias. 90. & 91. Meno. de arbit. casu 201. a num. 55. Acevedo in l. 1. tit. 4. lib. 1. recop. nu. 5. Flam. Paris. d. tract. de resignatione lib. 2. qu. 1. a num. 123. & Hoieda de incompat. benef. 2. par. cap. 8. numer. 12. qui tamen numer. 15. ait, in tota Hispania communiter praestimonium consueta esse dari in titul. perpetuum beneficii habereque onus annexum spirituale. quem sequitur nouiss. Gonzalez. gloss. 5. §. 2.

119 Et praeterea nostra sententia videtur iam expedita ex constit. Pij V. 138. versic. 1. declarantes infra adducta. 3. part. cap. 1. numer. 5. vt aduertunt Quintanad. Eccles. lib. 2. num. 86. Azor Eman. Rodri. & Vega sup.

Vnde inferitur. t. quod gratia de beneficio simplici vacante per obitum N. capiet praestimonium vacans pro obitu illius, si non fuit dictum esse seruitorium, quia, vt ex dictis apparet praestimonium vere est beneficium simplex, & sic appellatione beneficii simplicis continetur.

121 Et in expectatiua ad beneficium 1. simplex aut ad beneficium cum cura, vel sine cura, comprehenderetur de iure praestimonium, nisi ex consuetudine loci, & communi vsu loquendi, appellatione beneficii simplicis, seu beneficii cum cura, vel sine cura, non veniret praestimonium, nisi specialiter nuncupetur Abb. d. conf. 47. Fel. sup. numer. 8. versic. 4. declaratio. Crescen. Decis. 8. de concess. praeb. vel nisi doceretur de stylo curiae in contrarium. Cassa. Dec. 3. de praeb. nu. 33.

Secundo inferitur, quod sicut in impetratione beneficii, facienda 1. est mentio de beneficiis obrentis, caput si motu proprio, de praeb. in 6. clem. 2. de off. ord. cum alijs, licet de facto Mill. in report. ver. gratia, Hier.

123 Paul. in pract. cancell. in 1. notab. supernuacantibus non referuatis, & alij & de iure ad rem, Domin. in d. cap. si motu proprio, numer. 6. Fel. in cap. in nostra, numer. 4.

124 & Ripa in cap. ad aures, numer. 12. 1. de rescrip. Selua 3. part. quaestio. 11. nu. 1. Mill. Hier. Paul. & Meno. numer. 43. vbi supra Bursatus conf. 351. n. 12. libro 4. & Flam. Paris. de resignatione benef. lib. 10. quaest. 2. n.

125 73. 1. & 74. & alij. nisi vbi impetrans ignorat habere alia beneficia, vt in c. gratia. de rescrip. n. 6. vbi Doct. Ripa Mill. & Hier. Paul. sup. & Na. conf. 9. de rescrip. dicens. d. c. loqui de ignorantia facti non iuris, de quo Fel. in c. super literis, nu. 6. de rescrip. & ibi Berouius Selua d. 3. p. 9. 12. 17. qualitate a nu. 23. alias 89. & Menoch. sup. n. 53. ita etiam de praestimonijs Oldra. sup.

126 & Bonif. in d. clem. 2. 1. de officio ord. seu prima de officio legati, n. 31. & alij sup. vbi obiter notandus est error Hier. Gonzalez gloss. 15. §. 2. numero sexagesimo octauo, dicentis quod beneficium vacaturum tamquam incompatible per affectuonem secundi; non est opus narrari vt obtentum in gratia secundi. quod clare est contra d. c. si motu proprio & cap. non potest. versic. cum autem, de praeb. in 6. & contra praxim & styllum, nec Dec. Mohedan 14. de praeb.

127 quam 1. allegat, id dicit, sed quod non est opus facere mentionem de qualitate, quod sit simile sub eod. recto.

De hospitalibus an sint beneficia:

S V M M A R I A.

Hospitalia beneficia non sunt num. 1. nisi Ecclesia seu beneficio essent unita, nu. 2. aut nisi religiosi personis essent deputata eisque solita in ti. conferri, nu. 3. aut nisi sint danda in tit. ex ordinatione fundatoris vel per viam electionis etiam clericis secularibus, numero 4.

Non tamen comprehenduntur isto casu per literas generales super prouisione alicuius, n. 5. clem. 2. de praeb. non habet locum in religiosi, num. 6. quae declaratur per Rotam, nu. 7. decretum Concilij Trid. de hospitalibus n. 8. declarationes 5. Congregationis super eo, n. 9. & 10.

An quando hospitalis est unitum alicui Ecclesiae seu beneficio eius administratio sit committenda alicui ad triennium tantum ex d. decreto, n. 11. 12. & 13. vbi resoluunt quod sic.

De materia hospitalium qui videndi sunt, n. 14.

Hospitalia quorum varia nomina seu species habentur in l. illud, & in l. Sancimus. 2. C. de sac. S. Ecclesius, & in c. in qualibet. §. Sancimus 23. q. 8. & in c. si quis omnem. ad si. 1. q. 7. & in Auth. de alienatione, & emphiteosi in princ. & de Ecclesiasticis titulis. §. si. & refert Mariana de Rege l. 3. c. 13. ad si. beneficia non sunt, nec beneficii nomine veniunt, enasi Ecclesias vel capellas habeant annexas, decimasque, & alia iura spiritualia, clem. per literas 2. de praeb. cum laicis committantur clem. quia contingit. §. vt autem de relig. domib. & hospitalib. non beneficium, sed officium, & administrationem ad instar tutorum seu curatorum habere dicantur l. orphanotrophos, C. de Episcopis & clericis & d. §. vt autem. Ita Selua de benef. 1. p. q. 3. n. 9. Rebus. de nominatione. q. 15. n. 16. alias 12. Corras. de benef. 1. p. c. 3. n. 1. Quintanaduen. Ecclesiasticon li. 1. c. 3. n. 13. & Rota Dec. 106. n. 6. & Dec. 114. pag. 2. diuersorum & ideo in vna Mutinen coram Mohedano fuit resolutum quod hospitalia non subiacent reg. de triennali Thanis Dec. 72. & in causa Bononien. hospitalis 1560. coram Rubis fuit conclusum cap. 2. vt lite pendente in 6. non habere locum in hospitali. Rota Dec. 301. in manuscriptis, quod tamen limitatur, vbi Ecclesiae seu Ecclesiastico beneficio essent unita: nam tunc naturam principalis fortiuntur, & iure accessorij veniunt cap. super eod. de praeb. in 6. gloss. ver. Ecclesias in dict. clem. 2. & ibi Card. quaestio. 17. Imola a numero 15. Bonifacius a numero 20. Abb. num. 5. Rebus. nu. 15. alias 14. & Corras. vbi supra Bellarm. Dec. 387. & Rota d. Dec. 114. vbi etiam dicitur id non praecedere quando vnio esset aequae principaliter, vt ait etiam Rebus. ibi vers. limita. & conducunt quae dicimus infra vltima p. c. 2. tradit Gonzalez ad reg. mensum gl. 5. §. 4. n. 16.

Secundo limitatur, vbi religiosi personis essent deputata, eisque sola in tit. 1. conferri d. clem. quia contingit. §. praemissa, & ibi gl. & Corras. sup.

Tertio limitatur vbi sunt danda in 1. titulum ex ordinatione fundatoris, vel per viam electionis etiam clericis secularibus d. clem. quia contingit. §. vt autem, Felin. in cap. de quarta num. 13. de praescrip. Rebus. d. q. 15. numer. 14. alias 13. & de pacificis poss. n. 94. alias 81. Duar. de sacris Ecclesiis li. 2. c. 4. in fi. & Rota Dec. 739. p. 1. diuersor. & Gonzalez sup. n. 15. adhuc tamen in c.